



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Dionysii Carthusiani, luculenta iuxta ac compendiaria in Acta apostolorum exegesis siue commentaria

Dionysius <Cartusianus>

Coloniæ, 1532

VD16 D 1926

Epitomes pars prima ordine libro[rum] Bibliæ disposita est,

urn:nbn:de:hbz:466:1-38702



D. DIONYSII

SRICHEL CARTHVSIANI
Summariū siue Epitome, nō in Acta tñ Apo-
stolorum, sed & reliqua vtriusq; instrumenti
oracula : q̄ qcqd in ijs nobilium est sentētia
rū, quas vulgo auctoritates dicunt, mi-
ro artificio ob oculos ponitur.

PROLOGVS.



Ora sacrae Bibliæ scriptura di-
stinguit in duo Testamēta, Ve-
tus videlicet & Nouum. Testa-
mentū vetus diuidit in libros,
Legales, historiales, Sapientia-
les, & pphetales. Legales vo-
cant in qbus leges iudiciaq; ore dei ædita, p-
mulgant. Et sunt numero qnq; videlicet Ge-
nesis, Exodus, Leuiticus, Numeri & Deutero-
mium. Quibus rñdent in nouo Testamento
Euangelium scdm Matthæum, Marcum, Lu-
cā & Iohannem. In quibus lex noua a Chri-
sto tradita, continetur. Historiales dicuntur
in quibus historiæ rerum gestarum narrant.
Et sunt numero. 17. Iosue, Iudicum, Ruth, Re-
gum libri quatuor. Paralipomenon lib. duo,
Esdræ lib. duo (nam Esdræ tertius & quar-



tus Apochryphi sunt scđm Hieronymum) Tobia, Iudith, Hester Iob & Machabæorum lib. duo. Quibus in nouo Testamē. rñdet liber Actuum apostolorum, in q̄ res per Chri apostolos gesta & decursus nascentis ecclesiæ describuntur. Sapientiales vocant̄ in quibus ꝑa prudentia & sapiētia docetur. Et sunt quinque numero, Proverbia, Ecclesiastes, Cantica, Sapientia & Ecclesiasticus Quibus in nouo Testamento rñdent Pauli apostoli Epistolæ. 14. ad Romanos. 1. Corinthios duæ, Galatas. 1. Ephesios. 1. Philippenses. 1. Colossenses. 1. Thessalonicenses ij. Timotheum duæ, Titum, 1. Philemōem. 1. Hebræos. 1. Iacobi apostoli Epistola. 1. Petri apostoli duæ, Iohannis tres & Iudæ vna: quæ septem posteriores canonicæ appellantur. Prophetales nuncupant̄ in quibus ventura p̄dicuntur, & sunt numero. 18. puta Psalterium, Esaias, Hieremias, Baruch, Ezechiel, Daniel Osee Iohel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naum, Abachuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias. Quibus in nouo Testamento Apocalypsis Iohannis apostoli rñdet in q̄ libro p̄dicuntur multa de Christo & ecclesia, de reproborum & electorum statu futuro.

¶ Genesis habet cap. L. Et agitur in eo de mundi & oim creaturarū exordio. De diluuiō & Arca Noe, atque linguarū confusione, De electione populi dei, & de descensu eiusdem in Aegyptum.

Caput. I.

IN principio creauit de⁹ cælū & terrā, & c. Prima die facta est lux. (i. substātia de q̄ q̄rta die factus ē sol)
 Secunda die factum est firmamentum, q̄d diuidit inter aquas quæ supra cælos sunt, & inferiores. (Firmamentum est cælum stellatum)

Tertia die congregatæ sunt aquæ inferiores i locum vnum, ptulit q̄ terra herbā virētē & lignum pomiferū

D DIONY. A R I C K. C A R T.

(Nam tora terra aquis erat operata)

Quarta die facta sunt sol & luna ac stellæ, vt essent in signa & tempora & dies & annos . Et præessent diei ac nocti.

Quinta die produxerunt aquæ reptile animæ viuētis & volātile sup̄ terram, id est, pisces & aues, Creauitq; deus cete grandia, & benedixit eis dicēs. Crescite &c. (Benedictio dei, est collatio munerum dei, & multiplicatio eorundem, secundum Gregorium)

Sexta die factæ sunt de terra bestia, ipse quoq; homo de limo terræ ad imaginem dei est formatus. ¶ Ca. II
¶ Septima die compleuit deus opus suum quod fecerat & requieuit in eo, & sanctificauit illū, quia in ipso cessauerat ab omni opere quod creauit (id est, a nouis rerum speciebus creandis)

Fluui⁹ egrediebatur de paradyso, qui inde diuiditur in quatuor capita. Nomen vni Phison (& nunc dicitur Ganges) & currit per terrā Euilath (id est, Indiā) vbi nascit optimum aurum, ibiq; inuenitur bdellium, & lapis Onychinus. Nomen secundi fluuij Gyon, (& nunc dicitur Nilus) & currit per omnem Aethiopiam. Nomen tertij Tigris vadentis p̄ Assyrios. Fluuius quart⁹

Euphrates, (q̄ ex Armenia iuxta Mesopotamiam decurrēs, eam a Syria disternat.

Tulit deus hominē (id est, Adam) & posuit eum in paradyso voluptatis (Adam fact⁹ est extra paradysum videlicet, in agro Damasceno. Eua autem in paradyso facta est.)

Adduxit deus ad Adam vniuersa animātia terræ, vt videret quid vocaret ea; Appellauitq; A dam nominibus suis cuncta animantia, & vniuersa volatilia cæli, et bestias terræ: ¶ Ca. III

¶ Dixit dominus ad serpentem: Inimicitias ponam inter te & mulierē, Ipsa cōteret caput tuum, & tu insidias beris calcaneo eius: (Hoc in Maria virgine impletum ē, q̄ sua humilitate dæmonem supplantauit, dum Christum effudit.)

Dixit dñs ad mulierē. Multi plicabo gr̄nas tuas et cō

EPI TOM E EX GEN. CXXV.

cept^o tuos: In dolore paries. et sub viri potestate eris, et ipse dñabit tui.

Adē dixit deus. Quia audisti vocē vxoris tuę, maledicta terra in ope tuo, &c. In sudore vultus tui vesceris pane tuo donec reuertaris in terrā tuā, quia puluis es, & in puluere reuerteris. Fecit dñs deus Adē & Eux vxori eius tunicas pelliceas :

Emissit dñs de^o Adā de paradyso voluptatis, vt oparet terrā de q̄ sumptus ē; Eiecitq; eū, & collocavit añ paradysum voluptatis Cherubin & flāmeū gladiū atq; versatilē, ad custodiendā viā ligni vitę ¶Ca. iij

¶Respexit dñs ad Abel & ad munera eius: (Primogenit^o Adē Cayn; Deinde Abel, Postea Seth. Cuius filij, dicti sunt filij dei, quia in eis pmanit diuinus cultus:)

Nōne si bene egeris, recipies? Si autē male, statim peccatū tuū in foribus aderit; Sed sub te erit appetitus eius & tu dñaberis illius: (Ratio em̄ dñari debet appetitū cōcupiscibili & irascibili, atq; vniuersis inferioribus viribus animę)

Lameth (de genere Cayn) accepit vxores duas. Quas Adā genuit Iabel, qui fuit pater habitantium in tentorijs atq; pastorum; Fratrem quoque eius Tubal, qui fuit pater canentium in cythara & organo. Seth genuit Enos. Iste cœpit inuocare nomen domini ¶Ca. V

¶Vixit Adā nongentis triginta añis, & mortuus est: Facti sunt autem omnes dies Seth nongentorū & duodecim annorū, & mortuus est.

Porro Enoch genuit Matusalē. Et ambulauit Enoch cum deo & nō apparuit, quia transtulit illum dominus (scilicet in paradysum terrestrem

Facti sunt autē omnes dies Matusalē nongēti septuaginta nouē añi, & mortu^o ē. (Iste Matusalē oib^o senior extitit)

Matusalē genuit Lamech, et Lamech genuit Noe dicens Iste cōsolabit nos ab operibus et laboribus manū nostrarū in terra cui maledixit dñs ¶Ca. VI.

¶Noe cū quigētorum esset añorū genuit Sem, Cham, et Iaphet. Cūq; cœpissēt homines multiplicari sup terrā & vidissent filij dei, filias hominum, &c.

5 Q

D. DIONY. A RICK. CART.

Non pmanebit spūs meus in hoīe inæternum qa caro est. Eruntq; dies vitæ illius centum viginti annorum. Gygantes q; erant sup terram illis diebus. Postquam enim ingressi sunt filij, &c.

Noe vir iustus atq; pfectus in gñationibus suis genuit tres filios Sem, Cham, & Iaphet, &c. ¶ Cap. vii.

¶ Erat aut Noe sexcentorū annorum qñ inundauit diluuium; Apertiq; sunt omnes fontes abyssi magnæ, & caractæ cæli apertæ sunt, & facta est pluuia super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Et multiplicatæ sunt aquæ, & eleuauerūt arcā in sublimi.

Quindecim cubitis altior fuit aqua montibus excelsis obtinueruntq; aquæ diluuij terram quadraginta diebus, Et regeuit arca sup montes Armeniæ ¶ Cap. viii

¶ Dixit dñs: Nequaq; vltra maledicā terræ, ppter hoīes Sensus em̄ & cogitatio cordis humani, pñi sunt in malū ab adolescentia sua. ¶ Cap. ix.

¶ Quicumq; effuderit sanguinē humanum, effundet sanguis illius. Ad imaginem quippe dei factus est homo.

Impleti sunt omnes dies Noe nongentorū quinquaginta annorū, & mortu⁹ est. ¶ Cap. xi

¶ Sem cū centū esset annorū genuit Arphaxat biennio post diluuiū. Vixitq; post hæc quingentis annis, & genuit filios & filias (Dicunt Iudæi hunc Sem fuisse Melchisedek, q; vsq; tpa Isaac vixit.) ¶ Cap. xij.

¶ Dixit dñs ad Abram. Egredere de terra tua & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terrā q; monstrauero tibi, faciamque te in gentem magnam, & benedicam tibi, &c. atque in te bñdicentur omnes cognationes terræ (.i. in Christo ex te orituro.)

Ne q̄so sit iurgium inter me & te: Fratres em̄ sumus; (Verba sunt Abrahæ ad Loth.) ¶ Cap. xiiij.

¶ Melchisedek rex Salē, pferens, &c. ¶ Cap. xiiij.

¶ Ego protector tuus sum, & merces tuā magna nimis Credidit Abrahā deo, & reputatū est ei ad iusticiam.

¶ Nondū cōpletæ sunt iniquitates Amorræorum, &c. ¶ Cap. xv

¶ Ego dominus deus omnipotens, Ambula coram me

& esto pfectus, ponamq; fœdus meum inter me & te, & inter semen tuum post te. ¶Cap. xviii

¶Nunquid deo quicq; est difficile?

Nunquid perdes iustum cum impio? Non est hoc tuū qui iudicas omnem carnem;

Quia semel cœpi, loquar ad dominum meum, cū sim pulvis & cinis. ¶Cap. xix.

¶Noli respicere post tergum, sed in monte saluū te fac:

Igitur dominus pluit sup Sodomā & Gomorram sulphur & ignem a dño. (Hic innuitur pluralitas psonarum in deo. Quis em̄ est dominus pluens sulphur. &c. a domino, nisi filius aut spūs sanctus?) ¶Cap. xxi.

¶Ecce ancillam hanc & filium eius, non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ. ¶Cap. xxii.

¶Nunc cognoui (.i. cognoscere feci) qd timeas dñm & nō pecceris filio tuo vnigenito, ppter me. ¶Cap. xxiii.

¶Domine deus Abraham, occurre obsecro hodie mihi, & fac misericordiam

Ingrederere benedicte dñi, cur foris stas? ¶Cap. xxv.

¶Egressus fuerat Isaac ad meditandum in agro inclinata iam die:

Fuerūt autem dies vitæ Abraham, centum septuaginta: quinque añi, & mortu⁹ est in senectute bona plenus die: Et sepelierūt eū Isaac & Ismael filij ei⁹ ¶Cap. xxvi.

¶Factus est Esau vir gnarus venādi & hō agricola Iacob aut vir simplex, habitabat ī tabernac. ¶Cap. xxviii

¶Vidit Iacob in somnis scalam stantem super terram, & cacumen eius tangens cælum. Angelos quoque dei ascendentes & descendentes per eam, & dominum innixum scalæ & dicentem sibi. Ego sum dominus deus. &c. Dilataberis ad orientem & occidentem, septemtrionem & meridiem, & ero custos tuus quocumque perrexeris.

Cumque euigilasset Iacob de somno ait. Vere dominus est in loco isto & ego ne sciebam. Pauensque, quā terribilis est (inquit) locus iste.

Nō ē hic aliud, nisi domus dei & porta cœli; ¶Cap. xxix
¶Seruitit Iacob pro Rachel septē annis, videbant illi

D. DIONY. A R I C K. C A R T.
pauci dies, præ amoris magnitudine ¶Ca. xxxij
¶ Jacob abiit itinere quo ceperat: Fueruntq; ei obuia
angeli dei; Quos cum vidisset ait. Castra dei sunt hæc.

¶Cap. xxxv

¶ Erant autem filij Iacob duodecim: Filij Lyg, primoge
nitus, Ruben, & Simeon, & Leui, & Iudas, & Isachar,
& Zabulon. Filij Rachel, Ioseph, & Benjamin; Filij Ba
le ancillæ Rachelis, Dan & Neptalim; Filij Zelphæ an
cillæ Lyæ, Gad & Aser

¶Ca. xxxvi.

¶ Completi sunt dies Isaac centum octuaginta annorū,
& consumptus ætate mortuus est, & appositus ad po
pulum suum senex & plenus dieb; & sepelierunt eum
Esau & Iacob filij eius

¶Ca. xxxvij

¶ Vendiderunt Ioseph fratres eius Ismaelitis triginta
argenteis. (Ioseph figura est Christi, & venditio eius,
Christi venditionem significat)

¶Ca. xl

¶ Nunqd non dei est interpretatio?

¶Cap. xli.

¶ Vocauit Pharaon nomen Ioseph, saluatorem mundi.
Obliuisci me fecit deus oim laborū meorum, & dom
patris mei Crescere me fecit de^o i terra paupratis meæ

¶Cap. xliij

¶ Merito hæc patimur quia peccauimus in fratrem no
strum.

¶Ca. xliij

¶ Dixit Ioseph fratribus suis. Non videbitis faciem me
am, nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis ad me.
(Nota Ioseph est figura Christi. Christus ergo ait præ
latis, quod nisi minimum eis subiectum adducant, non
sint faciem eius visuri.)

¶Ca. xlv

¶ Dimisit Ioseph fratres suos dicens eis: Ne irascimini
in via.

¶Ca. xlvi

¶ Dixit dominus ad Iacob. Ego sum fortissimus deus
patris tui, Noli timere.

¶Ca. xlvij

¶ Respondit Iacob Pharaoni. Dies peregrinationis vite
meæ, centum triginta annorum sunt parui & mali, &
non peruenerunt vsque ad dies patrum meorum qbus
pegrinati sunt sup terrā. Et bñdicto rege, egressus est.

Dixerūt Aegyptij ad Ioseph. Salus nostra i manu tua

EPITO. EX GEN, F. CXXVII.

est, Respiciat nos tantum dominus noster, & leti serui
emus regi.

Vixit iacob in terra Aegypti .17. annis : Factique sunt
omnes dies vitæ eius centum quadraginta septem an-
norum .

¶ Ca. xlix

¶ In concilium eorum non veniat anima mea, & in coe-
tu eorum non fit gloria mea, quia in furore suo occide-
runt virum.

Maledictus furor eorum quia pertinax, & indignatio
eorum quia dura.

Iuda te laudabunt fratres tui . Manus tuæ in cervicib⁹
inimicorum tuorum. Adorabunt te filij patris tui. Ca-
tulus leonis Iuda .

Ad prædam filii mei ascēdisti, requiescens accubivisti
leo, & quasi leona. Quis suscitabit eum? Non auferetur
sceptrum de Iuda & dux de fœmone eius, donec veniat
qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Li-
gans ad vineam pullum suum, & ad vitem o filii mei affi-
nam suam, lauabit vino stolam suam, & in sanguine
vix pallium suum . Pulchriores sunt oculi eius vino,
& dentes lacte candidiores : (Nota benedictionem Iu-
da, quæ in Christo maxime adimpleta agnoscitur)

Vidit requiem quod est bona, & terram quod optima
& supposuit humerum suum ad portandum.

Fiat Dā coluber in terra, cerastes in semita, mordēs vn-
gulas equi. (Hæc prophetia de Antichristo dicitur, quia
ipse de tribu Dan creditur nasciturus.)

Salutare tuum expectabo domine .

Deus patris tui erit adiutor tuus, & omnipotens bene-
dicit tibi.

Finitis iacob sermonibus quibus instruebat filios su-
os, collegit pedes suos super lectulum, & mortuus est.

Quod cernēs ioseph irruit super faciem patris sui, flēs
& deosculans eum.

¶ Ca. L.

Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratru tuorū, & pecca-
ti atq; maliciæ quam exercuerūt in te.

Num dei possumus resistere voluntati? Vos cogitastis
de me malum & deus vertit illud in bonum .

D. DIONY. A R I C K. C A R T.

Cū adiurasset Ioseph ffr̄es suos atq; dixisset, post mortē meā deus visitabit vos, asportate ossa mea vobiscū, mortuus est, expletis centū & decē vitæ suæ annis, & cōditus aromatibus, repositus est in loculo in Aegypto.

¶ Exodus habet cap. XL. Et agitur ī eo de multiplicatione, & afflictione & egressu filiorū Israel ex Aegypto De decem plagis Pharaonis, De decem præceptis ac iudicijs & instructione populi dei, De arca fœderis domini, tabernaculo & altari ac vestibus Aaron.

Caput. I.



Vanto Aegyptij plus opprimebant filios Israel, tantomagis multiplicabantur & crescebant. ¶ Cap. iij.

¶ Cumq; minasset Moyses gregem ad interiora deserti, venit ad mōtē dei Oreb, apparuitq; ei dñs in flamma ignis.

Vidit Moyses qd rubus arderet & non cōbureretur, & dixit. Vadam & videbo visionem hanc magnā.

Abscondit Moyses faciem suam, non em̄ audebat asp̄icere contra deū: Dixit Moyses ad dñm. Qd̄ est nomen tuum? Dixit dñs, Ego sum q̄ sum. Sic dices filiis Israel. Qui est, misit me ad vos. Dixitq; itē ad Moysen. Hæc dices filiis Israel. Dñs deus p̄m̄ v̄forū, deus Abrahā, deus Isaac, & deus Iacob, misit me ad vos. Hoc nomen mihi est in æternum, & hoc est memoriale meum in generationem & generationem. ¶ Cap. iij.

¶ Hæc dicit dominus. Filius (per adoptionem) meus p̄m̄ogenitus Israel.

Quis fecit os hominis, aut qs fabricatus est surdum & mutum, cæcum & videntem? Nonne ego?

¶ Cap. v.

UITO. EXEXO. F.CXXVIII.

¶ Dixit dominus ad Moysen . Ego dominus qui apparui Abraham & Isaac, & Iacob i deo omnipotēti & nomen meum Adonai non indicaui eis . (Adonai , id est, tetragrammaton.

Filiū Leui, Gersan, Chaat, & Merari . Anni autem vitæ Leui fuerunt centum triginta septem.

Chaat genuit Amram, cuius vxor Iocabeth nomine, peperit ei Aaron Moysen, & Mariam.

Porro Isnar frater Amram, genuit Chore.

Acceptit autem Aaron vxorem Elizabeth filiam Amī nadab, sororem Naason. Cap. vi.

Dixit dominus ad Moysen . Ecce constitui te deum Pharaonis , & Aaron frater tuus, erit propheta tuus . Tu loqueris ei oīa quæ mado, ille loq̄t ad Pharaonem . Erat aut Moyses annorum .80, & Aaron .83. annorum quando loquuti sunt ad Pharaonem . Cap. vii.

Nota primum signum Moyfi coram Pharaone erat, q̄ Aaron proiecit virgam & versa est in colubrum . Sed & malefici Pharaonis proiecerunt virgas suas, & vertebantur in dracones, sed deuorauit virga Aaron virgas eorum. [Nota plagas Aegypti.]

Prima plaga Aegypti ē, quod extēdente Moysē virgam sup fluuīes Aegypti, versæ sunt omnes aquæ Aegypti in sanguinem:

Fecerūt autem & magi Pharaonis incantationibus similiter Cap. viiij.

Secūda plaga est, q̄ ranæ ascenderūt & operuerūt terrā Aegypti, implentes domus & cibos, Et fecerūt magi Pharaonis similiter.

Tertia plaga ē, q̄d oīs puluis terræ Aegypti vsus est in cyniphes. Et nō potuerunt malefici Pharaonis similiter facere, sed dixerunt. Digitus dei est hic.

Quarta plaga, q̄d venit musca grauissima (.i. multitudine earum) in domū Pharaonis, & in omnem terram eius. Cap. ix.

Quīta plaga, mortua sunt oīa aiantia Aegypt. peste.

Sexta plaga , Facta sunt vulnera vesicæ: turgētium in hominibus & iumentis, nec poterant malefici stare

D. DIONY. A RICK. CART.

coram Pharaone propter vulnera quæ in illis erant.
Dixit dominus ad Pharaõem: Iccirco posui te, ut ostēderem in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra.

Septima plaga est, quod maxima grādo cecidit in terra Aegypti, & ignis simul cadebat, & tonitrua. & coruscantia vulgura, & destructa sunt, quæ erant in agris.

¶ Ca. x.

¶ Octava plaga est, quod venerunt innumerabiles locustæ in terram Aegypti, omnia deuorantes quæ remāerunt grandini.

Indurauit dominus cor Pharaonis, nec dimisit filios Israel

Nona plaga Aegypti, est, q̄d factę sunt horribiles atque palpabiles tenebræ in terra Aegypti, Tribus dieb⁹ nemo vidit proximum suum nec mouit se de loco in q̄ erat. In terra autem Gessen non erant tenebræ (vbi habitauerunt filij Israel.)

¶ Ca. xi

¶ Fuit Moyses vir magnus valde coram seruis Pharaonis, & omni populo.

¶ Ca. xij

¶ Dixit dominus. Sic comedetis agnum. Renes vestros accingetis, calciamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis festinantes. Est enim phase. i. transitus domini.

Decima plaga est, quod domin⁹ media nocte percussit omne primogenitum in Aegypto, in hominibus & iumentis.

Profecti sunt filij Israel de Aegypto sexcenta fere milia peditum virorum, absque paruulis & mulieribus. Sed & vulgus promiscuum innumerabile ascendit cum eis.

Habitatio autem filiorum Israel in Aegypto fuit quadringentorum triginta annorum. Quibus expletis eadem die egressi sunt.

Nec os illius (scilicet agni pascalis) confringetis. (Nota. Hoc est figura de Christo, cuius ossa in cruce contra cta nō sunt.)

¶ Ca. xiiij

¶ Lex domini semp fit in ore tuo.

E P I T. E X E X O D O

Dominus autem præcedebat filios Israel ad ostendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis.

¶ Cap. xiii.

Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.

Fugiamus Israelem. Dominus enim pugnat pro eis contra nos.

Filij Israel ambulauerunt per medium sicci maris, aquæ eis erant & quasi p[er] muro a dextris & a sinistris. Et viderunt Aegyptios mortuos super littus maris.

¶ Cap. xv.

Cætetus domino, gloriose enim magnificatus est, equum & ascensorem deiecit in mare, & c.

¶ Cap. xvi

Dixit Moyses ad populum. Non contra nos est murmur vestrum, sed contra dominum.

Mane ros iacuit per circuitum castrorum. Et apparuit in solitudine manna minutum, & quasi pilotusum in similitudinem pruinae super terram, & appellauerunt filij Israel illud, man, quod erat quasi semen coriandræ album, gustusque eius quasi simile cum melle.

¶ Cap. xvij.

Tentauerunt dominum dicentes. Est ne dominus in nobis, an non?

Cumque eleuaret Moyses manus vincebat Israel, si autem paululum remisisset, vincebat Amalech. Manus autem Moyse erant graues. Sumentes ergo lapidem posuerunt subter eum. Aaron autem & Hur sustentabant manus eius ex vtraque parte. Et factum est vt manus illius non lassarentur, vsque ad occasum solis.

¶ Cap. xvij.

Egressus Moyses in occursum Ietro cognati sui adorauit, & oscultatus est eum.

Nunc cognoui quoniã magnus dominus super omnes deos.

¶ Cap. xix.

Contestare populũ ne forte velint transcendere prepositos terminos ad videndum dominum, & pereat ex eis plurima multitudo. Sacerdotes qui accedunt ad do-

R

D. DIONY. A RICK. CART.

minum sanctificentur, ne percutiat eos, Non poterit vulgus ascendere in montem. ¶Cap. xx.

Ego sum dominus deus tuus, fortis zelotes visitans iniquitatem fratrum in filios in tertiam & quartam generationem, eorum qui oderunt me, misericordiam facies in milia his qui diligunt me & custodiunt precepta mea.

Non assumes nomen domini dei tui in vanum, non enim habebit in fontem dominus eum, qui assumpserit nomen domini dei sui frustra.

Dixit populus ad Moysen, loquere tu nobis & audiemus, non loquatur nobis dominus ne forte moriamur. Et ait Moyses. Nolite timere. Ut enim probaret vos venit deus, & ut terror illius in vobis esset.

Stetit populus de longe, Moyses autem accessit ad caliginem in qua erat deus.

¶Cap. xxiij.

Non accipias munera quae excæcant etiam prudentes, & subvertunt verba iustorum.

Non apparebis in conspectu meo vacuus, ait dominus.

Ecce ego mitto angelum meum qui præcedat te, & custodiat in via & introducat ad locum quem paravi. Observa eum, & custodi viam eius, quia non dimittet cum peccaveris. Quod si audieris eum, inimicus ero inimicis tuis, & affligentes te affligam.

¶Cap. xxiiij.

Ascenderunt Moyses & Aaron, Nadab & Abiu, & septuaginta de senioribus de Israel, & viderunt deum Israel. Et sub pedibus eius quasi opus lapidis sapherini, & quasi cælum cum serenum esset. Videruntque deum, & comederunt ac biberunt.

¶Cap. xxv.

Inspice & fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est.

¶Cap. xxxij.

Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Dixit dominus ad Moysen. Cerno quod populus iste durae cervicis sit, dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos ac deleam eos, faciamque te in gentem magnam. Moyses autem orabat, &c.

Vlulatus pugnae auditur in castris, dixit Iosue.

EPITO. EXEXO.

Si quis est domini iungatur mihi.

Dixit Moyses ad dñm, Aut dimitte populo hanc noxã
aut si non facis, dele me de libro quem scripsisti
Dixit dominus Moysi. Qui peccauerit mihi, delebo eũ
de libro meo

¶ Cap. xxxiij

¶ Dixit dominus ad filios Israhel. Jam nunc depone or-
natum tuum vt sciam quid faciam tibi.

Loquebatur dominus ad Moysen tacite ad faciem, sicut
loqui solet homo ad amicum suum.

Dixit Moyses ad dñm. Si inueni gratiam in conspectu
tuo, ostende mihi faciem tuam vt sciam te, & inueniam
gratiam ante oculos tuos.

Dixit Moyses ad dominum. Si non tu ipse præcedas
nos, ne educas nos de loco isto. In quo enim scire pote-
rimus inuenisse nos gratiam in conspectu tuo, nisi am-
bulaueris nobiscum.

Dixit dñs ad Moysen. Inuenisti grãam coram me, & te
ipsum noui ex noie. Qui ait: Oñde mihi gloriã tuam. Rñ
dit. Ego ostendam tibi omne bonũ, & vocabo in noie dñi
coram te. Et miserebor cui voluero, & clemens ero, in
quem mihi placuerit. Rursumq; ait. Non poteris vide-
re faciem meam. Non enim videbit me homo & viuet.

¶ Cap. xxxiiii

¶ Dñator dñe, misericors & clemens, paries & multæ
misericordiæ ac verus, q; custodis misericordiã in mi-
lia, q; aufers iniquitatem & scelera atq; peccã, nullusq; apud
te p se innocens est, q; reddis iniquitatem p̄m filijs ac ne-
potibus in tertiam & quartam progeniem.

Fuit Moyses cum domino quadraginta dies, & qua-
draginta noctes.

Panem non comedit & aquam non bibit.

Ignorabat Moyses quod cornuta esset facies eius ex
confortio dei.

¶ Leuiticus habet Cap. viginti se-
ptem. Et agitur in eo de rituholo
caustorum, de sacrificijs & hostijs

D. DIONY. A RICK. CART.
offerēdis, de vrna & vestibus Aaron
de ordine & ministerio Leuitarum.

Caput secundum.



Vicquid obtuleris sacrificij sale condies,
nec auferes sal fœderis dei tui de sacrificio
tuo. In omni oblatione offeres sal.

¶ Cap. vi.

Ignis est iste perpetuus, qui nunq̄ deficiet
in altari. (Per hunc ignem significatur charitas, q̄ sem-
per in ara cordis ardere debet.)

¶ Cap. vii.

Anima polluta quæ ederit de carnibus hostiæ paci-
ficorum quæ oblata est domino, peribit de populis suis
(Quantomagis qui corpus Christi comederit immun-
dus?)

¶ Cap. x.

Dixit dominus ad Moysen. Sanctificabor in his qui
appropinquant mihi, & in conspectu omnis populi glo-
rificabor.

Dixit dominus ad Aaron. Vinum & omne quod ine-
briare potest non bibes tu & filij tui quando insabi-
tis in tabernaculū testimonij, ne moriamini, vt habea-
tis scientiam discernendi inter sanctum & prophanum
inter pollutum & mundum, doceatisque filios Israel le-
gittima mea.

Cap. xii.

Nolite contaminare animas vestras. Ego enim sum
dominus deus vester, Sancti estote, quoniam ego san-
ctus sum.

Cap. xvii.

Anima omnis carnis in sanguine est. Vnde dixi filiis
Israel. Sanguinem vniuersæ carnis non comedetis,

Cap. xix.

Cum messueris segetes terræ tuæ, non tondebis
vsque ad solum superficiet terræ, nec remanentes spi-
cas colligetis, neq; in vinea tua racemos & grana tua
decidentia congregabis, sed pauperibus & peregrinis
carpenda dimittes.

EPITOME EX LEVIT.

Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. Nec morabitur opus mercenarij apud te vsque mane.

Non maledices furdo, nec coram caeco pones offendiculum. Iuste iudicabis, nec consideres personam pauperis, neque honores vultum potentis.

Non eris criminator, nec susurro in populo.

Ne oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum, nec habeas super illo peccatum.

Non quaeres ultionem, nec memor eris iniuriae civium tuorum.

Vestem quae ex duobus contexta est, non indueris.

Non augurabimini nec observabitis somnia, neque in rotundum attundebitis comam, nec radetis barbam.

Coram cano capite consurge, & honora personam senis.

Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura. Cap. xxi.

Sacerdotes sancti erunt deo suo, & non polluent nomen eius. Incensum enim domini & panes dei sui offerunt & ideo sancti erunt.

Dixit dominus ad Aaron. Homo de semine tuo qui habuerit maculam, non offeret panes domino deo suo. (Nota, Per hoc significatur, quod sacerdos carere debet omni peccato.)

Omnis alienigena non comedet de sanctificationis.

Cap. xxiiij.

Qui irrogauerit maculam cuilibet civium suorum, sicut fecit sic fiat ei. Fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente restituet. Qualem infixere maculam, talem sustinere cogetur.

Cap. xxv.

Sanctificabis annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terrae tuae. Ipse est enim iubilus. Reuertetur homo ad possessionem suam & unusquisque revertetur ad familiam pristinam, quia iubilus est.

Terra non videtur in perpetuum, quia mea est, & vos advenae & coloni mei. Unde cuncta regio possessio

D. DIONYS. A RICK. CAR
nis vñe sub redemptionis conditione vendetur. Si at-
tenuatus frater tuus viderit possessionē suam, ppin-
quus eius potest redimere. ¶ Cap. xxvi.

Si non obedieritis mihi, cōteram duritiā supbię ve-
strę. Daboq; vobis cælum desuper sicut ferreum, & ter-
ram æneam.

Numeri continet Cap. xxxvi. & agi-
tur in eo de numeratione & murmu-
ratione populi siue tribuum Israel, de
prophetia Balaam, de māsionibus po-
puli in deserto, & victoriā contra re-
ges citra Iordanem. Ca. I.



Verunt simul omnes filij Israel a vicefi-
āno & supra quos numerauerunt Moy-
ses & Aaron in deserto, sexcenta tria mi-
lia virorum, quingenti quinquaginta.
Leuitę autem non sunt numerati cū eis.
¶ Cap. iij.

Alij nulla curiositate videāt quę in sanctuario sunt pñ
usquam inuoluantur. Alitoquin morientur.

¶ Cap. vi.

Loquit^r est dñs Moyfi & Aaron dicens. Sic bñdicetis fi-
lijs Israel. Benedicat tibi dominus & custodiat te. Ostē-
dat dominus faciem suam tibi, & misereatur tui. Cōuer-
tat dñs vultum suum ad te, & det tibi pacem.

¶ Cap. viij.

Dixit dñs. Hęc est lex Leuitarum. A viginti quinę an-
nis & supra, ingrediēt vt ministrēt in tabernaculo fœ-
deris. Cūq; quinquagesimū ætatis annum impleuerint
seruire cessabūt. Eruntque ministri fratrum suorum in
tabernaculo fœderis, vt custodiāt quę fuerint sibi com-
mendata. Opera autem ipsa non faciant.

¶ Cap. xi.

Ortū est murmur populi qñ dolentium, p labore. Quod
cū audisset dñs iratus est, & accēsus ē in eos ignis dñi.
Flagrabant desyderio carniū & dicebant. Quis

EPI TOME EX NVMER.

dabit nobis ad vescendum carnes? In mentem nobis
veniunt cucumeres & pepones, porri & allia. Anima
nostra arida est. Nihil respiciūt oculi nostri nisi man.

Nungd man^o dñi inualida est? ¶ Cap. xij.

Erat Moyſes vir mitiſſimus ſuper omnes homines q
morabantur in terra,

Dixit dominus ad Aaron & Mariam. Si quis fuerit
inter vos propheta domini, in viſione apparebo ei, vel
per ſomnium loquar ad eum. At non talis ſeruus meus
Moyſes, qui in omni domo mea fideliffimus eſt. Ore
enim ad os loquor ei, & palam, non per ænigmata & fi-
guras deum videt. (Ergo vidit deum per eſſentiã, ſicut
& Paulus.) ¶ Cap. xiiij

Omnes qui murmuratiſtis cõtra me, non intrabitis ter-
ram ſuper quam leuaui manum meam vt darem eam
vobis, præter Caleph & Joſue. ¶ Cap. xv

Anima que p ſupbiam aliqd commiſerit, qm̄ aduerſus
dñm rebellis fuit, peribit de populo ſuo. Verbum enim
dñi contempſit.

Hominẽ colligẽtem ligna die ſabbati ī deſerto, iuſſit do-
min^o lapidib^o obrui. P ræcepit dñs vt facerẽt ſibi ſim-
brias q̄tuor, p q̄tuor ægelos pallioꝝ, ponẽtes i eis vit-
tas hiãchitinas, q̄s cũ viderẽt recordarẽtur oim manda-
toꝝ dñi, nec ſequerent cogitationes & oculos, p res va-
rias fornicantes. ¶ Cap. xvi.

Dixit Moyſes. Mane notum faciet dominus qui ad ſe
ptineant, & ſanctos applicabit ſibi, & quos elegerit ap-
propinquabunt ei.

Num parum vobis eſt, quod ſeparauit vos dominus a
populo et iunxit ſibi vt ſeruiretis ei ī cultu tabernaculi.

Fortiffime deus ſpũum vniuerſæ carnis, num vno pec-
cante contra omnes ira tua deſæuiet?

Recedite a tabernaculo hominũ impioꝝ, & nolite tan-
gere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis
eorum. ¶ Cap. xvij.

Germinauit ȳga Aarõ ī domo Leui, et turgẽtib^o gem-
mis eruperãt flores, q̄ folijs dilatatis in amigdalas de-
ſormati ſunt. ¶ Cap. xix.

D. DIONY. A RICK. CART.

Quicquid tetigerit immundus, immundum faciet, & anima quæ tetigerit quippiam eorum, immunda erit vsq; ad vesperam. **Cap. xx.**

Venerunt filij Israel in mōtem Hor. Et dixit dominus ad Moysen. Pergat, inquit, Aaron ad populos suos. **Cap. xxi.**

Dixit dominus ad Moysen. Fac serpentem æneum et pone eum pro signo. &c. **Cap. xxij.**

Noui quod benedictus sit cui benedixeris, & maledictus in quem maledicta congefferis.

Dixit Balaam. Si dederit mihi Balach domum suam plenam argenti & auri, non potero mutare verbum domini dei mei, vt plus vel minus loquar.

Aperuit dominus os asinæ & loquuta est ad Balaam. Quid feci tibi, cur percutis me ecce tertio? &c

Vidit Balaam angelum frantē in via euaginato gladio, & pronus in terram adorauit. **Cap. xxiiij.**

Quomodo maledicam ei, cui non maledixit deus? Quæ ratione detester, quem non detestatur dominus? Moriatur anima mea morte iustorum, et fiant nouissima mea horum similia.

Dixit Balaam. Non est deus quasi homo vt mentiatur nec vt filius hominis vt muretur. Dixit ergo & non faciet, loquutus est & non implebit? Ad benedicendum adductus sum, benedictionem prohibere non possum. Non est idolum in Iacob, nec simulacrum in Israel. Dominus deus eius cum eo est, & clangor victoriæ regis in illo est. Dominus deus eduxit eum de Aegypto, cuius fortitudo similis est rinocerotis. Non est augurium in Iacob, nec diuinitio in Israel. ¶ **Cap. xxiiij.**

Assumpta Balaam parabola sua irruente in se spiritu dei, ait. Dixit homo cuius obruratus est oculus, dixit auditor sermonum dei, qui visionem omnipotentis intuitus est, qui cadit & sic aperiantur oculi eius. Quam pulchra tabernacula tua Iacob, tentoria tua Israel, vt valles memorosæ, & horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula quæ fixit dominus. Tolle tur propter Agag vox eius, & auferetur regnum illi. (Hoc in Saule 179)

EPITOME EX DEUTERO.

pletum est.

Dixit Balaam. Videbo eum sed non modo, intuebor illum sed non prope. Orietur stella ex Iacob, & exurget virga de Israel. &c. Venient in trieribus de Italia, superabunt Assyrios, vastabuntque Hebræos, & ad extremum etiam ipsi peribunt.

Cap. xxv.

Cum peccassent filii Israel cum filiabus & diis Madian percussa sunt viginti quatuor milia, & iussit dominus principes populi suspendi in patibulis.

Cap. xxvij.

Prouideat dominus deus spirituum omnium carnis hominem qui sit super multitudinem hanc, & possit exire & intrare ante eos, ne sit populus domini sicut oves absque pastore.

Cap. xxx.

Puella quæ aliquid domino vouerit, & adhuc in domo patris est, si cognouerit pater eius & statim non contradixerit, voti rea erit. Similiter de uxore si quid vouerit, & maritus eius statim non contradixerit.

Cap. xxxv.

Ad unius testimonium nullus condemnabitur.

Non accipietis precium ab eo qui reus est sanguinis; Exules & profugi ante mortem pontificis nullo modo in vrbes suas reuerti poterunt.

Cap. xxxvi.

Omnes viri ducunt uxores de tribu & cognatione sua, & cunctæ femine maritos de eadem tribu accipiant, ut hæreditas permaneat in familijs, nec sibi misceant tribus sed separatæ permaneant.

¶ Deuteron. habet cap. XXXIII.

Et replicantur in eo, quæ in quatuor libris prioribus dicta sunt atque de varijs legalibus institutionibus morte Moyfi & Iosue substitutione agitur in eodem.

¶ Caput. I.

R 5



Ate ex vobis sapientes & gnaros, quorum
conuersatio sit probata in tribus visis, &
ponam eos vobis principes.

Dixique (scilicet ego Moyses) principibus
& iudicibus. Audite illos, & quod iustum est
iudicate, siue cuius sit ille siue peregrinus.

Nulla erit distantia, ita paruum audietis ut magnum,
nec accipietis cuiusque personam, quia iudicium dei est. Quod
si difficile vobis aliquid visum fuerit, referte ad me &
ego audiam.

Vide terram quam dominus deus tuus dabit tibi.

Nolite timere. Dominus deus tuus qui ductor est tui ipse
pugnabit pro te.

Portauit te dominus deus tuus, sicut portare solet ho-
mo paruulum filium suum. ¶ Cap. ii.

Noluit Seson rex Efebon filius israel dare transitum, quia in-
durauit dominus deus spiritum eius, & obfirmauerat cor illius
ut traderet in manus israelis.

¶ Cap. iij.

Domine deus tu ceepisti ostendere seruo tuo magnitudi-
nem tuam manibus fortissimam, Neque enim est alius deus in ce-
lo vel in terra qui possit facere opera tua, & comparari
fortitudini tuae. ¶ Cap. iij.

Et nunc israel audi precepta atque iudicia quae ego doceo te
ut facies ea viuas, & ingrediens possideas terram quam dominus
daturus est tibi. Non adicies ad verbum quod ego lo-
quor neque auferetis ex eo.

Vos qui adhaeretis domino deo vestro uiuetis vniuersi
vsque in praesentem diem.

Haec est vestra sapientia & intellectus coram hominibus.
ut audientes vniuersa precepta haec dicant, En popu-
lus sapiens & intelligens.

Non est alia natio tam grandis, quae habeat deos ap-
propinquantes sibi, sicut adest dominus deus noster cum
estis obsecrationibus nostris.

Custodi tementipsum, & animam tuam solcite.

Ne obliuiscaris verborum domini, & ne excidant de
corde tuo cunctis diebus vitae tuae.

EPITO. EX DEVT.

Non vidistis aliq̄ similitudinem in die qua loquutus est vobis dñs in Ore de medio ignis, ne forte decepti faciatis vobis aliquam similitudinem aut sculptā imaginem. Et ne oculis eleuatis ad cælum, videas solem & lunam & omnia astra cæli, & errore deceptus adores ea & colas quæ creauit dñs deus tuus in ministeriū cū ctis gentibus quæ sub cælo sunt.

Ecce morior in hac humo. Caue nequando obliuiscaris pacti domini dei tui, qd pepigit tecum, qm̄ dñs deus tuus ignis consumens est, deus æmulator.

Cum quæsieris dominum deum tuum inuenies eum, si tamen toto corde quæsieris eum, & tota tribulatione animæ tuæ.

¶ Cap. v.

¶ Ecce ostendit nobis dominus deus noster maiestatem & magnitudinem suam, & probauimus hodie quod loquente deo cum homine vixerit homo. Vocem. n. eius audiuimus de medio ignis.

Quid est omnis caro vt audiat vocem dei viuentis & possit viuere?

Dixit dominus ad Moysen. Quis det talem eos (s. filios Israel) habere mentem vt timeant me, & custodiant vniuersa mandata mea & bene sit eis, & filiis eorū post eos in sempiternum.

¶ Cap. vi.

¶ Audi Israel. Dominus deus vester deus vnus est; Dili- ges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex to- ta anima tua, & ex tota fortitudine tua.

Erunt verba domini in corde tuo, & narrabis ea fi- liis tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambu- lans in itinere, & dormiens atque consurgens, & liga- bis ea quasi signum in manu tua, eruntque & mouebun- tur inter oculos tuos, scribesque ea in volumine, & in ostijs domus tuæ.

Dominum deum tuum timebis, & ipsi soli serutes, ac per nomen eius iurabis.

Non tentabis dominum deum tuum.

¶ Cap. vii.

D. DIONY. A R I C K. C A R T.

Te elegit dominus deus tuus, vt sis ei populus peculi-
aris de cunctis populis qui sunt super terram. Nō quia
cunctas gentes numero vincebatis, cum sitis omnibus
populis pauciores, sed quia dilexit vos dominus.

Dominus deus tuus ipse est deus fortis & fidelis, cu-
stodiens pactum & misericordiam diligentibus se, &
his qui custodiunt praecepta eius in mille generationes
& reddens odientibus se statim, ita vt disperdat eos, &
vltra non differat, protinus eis restituens quod meren-
tur.

¶ Cap. viii

¶ Recordaberis cuncti itineris per quod adduxit te do-
minus deus tuus vt affligeret te, atq; tentaret, & nota fi-
erent quae versabantur in corde tuo, vtrum custodires
mandata illius an non. (Nota, hic dicitur deus tentare
vt cognoscat, non quod in eo sit ignorantia, sed vt a-
lijs innotesceret. Et sic deo cognosceret, id est, cognosce-
re caeteros faceret.)

Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo qd
egreditur de ore dei ;

Sicut erudit homo filium suum, sic dominus deus eru-
diuit te, vt ambules in vijs eius & timeas eum.

Ne dicas in corde tuo, fortitudo mea & robur manus
meae haec omnia mihi praestiterunt, sed recordare dñi
dei tui quod ipse vires tibi praebuerit.

¶ Cap. ix.

¶ Ne dicas in corde tuo, propter iusticiam meam intro-
duxit me dominus in terram hanc, cum populus duris-
sima ceruicis sis.

Dixit Moyses. Iacui coram domino quadraginta die-
bus & totidem noctibus quibus ipsum suppliciter dep-
cabar ne deleteret vos. Et dixi ad dominum. Ne aspicias
duriciam populi huius, sed recordare seruorum tuorum
Abraham, Isaac, & Iacob.

¶ Cap. x.

¶ Et nunc Israel quid dominus petit a te, nisi vt time-
as dominum deum tuum, & ambules in vijs eius, & di-
ligas eum ac seruias ei in toto corde tuo, & in tota ani-
ma tua ;

E P I T O. E X D E V. F. CXXIII.

En domini dei tui cælum est, & cæli cælorum, terra & omnia quæ in eis sunt, & tamen patribus tuis cõglutinat^{us} est & elegit eos, amauitque semen eorum post eos. Circumcidite ergo præpucium cordis vestri, & ceruicem vestram ne inducatis amplius, quia dominus deus vester ipse est deus deorum & dominus dominantium deus magnus & potens atque terribilis, qui personam non accipiet nec munera, Facit iudicium pupillo & viduæ, amatq; peregrinum.

¶ Cap. xi.

¶ Terra ad quam ingrederis non est sicut terra Aegypti, vbi iacto semine aquæ ducuntur irriguæ, sed montuosa est & campestris de cælo expectans pluuiam, quã dominus deus tuus semper inuisit, & oculi eius in ea sunt a principio anni vsque ad finem. (Nota, hæc terra montuosa est locus claustralis in quo a solo deo consolatio expectatur.)

¶ Cap. xij.

¶ Caue ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in eo quem elegerit dominus in vna tribu tuarum.

¶ Cap. xv.

¶ Omnino indigens & mendicus non erit inter vos. (Propter hoc verbum Iudæi valde abominantur paupertatē.)

¶ Cap. xvi

¶ Non apparebis vacuus ante dominum, sed offeret vnusquisq; secundum quod habuerit.

¶ Cap. xvij.

¶ Cum constitueris tibi regem, cum constitue quem dominus deus tuus elegerit de medio fratrum tuorum.

Non eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos neq; declinet in patrem dexteram vel sinistram.

¶ Cap. xvij.

¶ Perfectus eris & absq; macula cum domino deo tuo. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum tanquam te, &c. (Istud de Christo accipitur.)

¶ Cap. xix.

¶ Non transferes terminos quos fixerunt priores i pas

D. DIONY. A RICK. CART.
fessione tua. ¶ Cap. xx.

¶ Quis est homo formidolosus & corde pauido, reuertatur in domum suam, ne pauere faciat corda fratrum suorum sicut & ipse perterritus est.

Si quando accesseris ad expugnandum ciuitatem primo offeres pacem. Si receperit & aperit, omnes saluabuntur. ¶ Cap. xxi.

¶ Maledictus a deo est qui pendet in ligno.

¶ Cap. xxii.

¶ Non induetur mulier veste virili, nec vir veste feminea. Abominabilis enim apud deum est qui facit hoc.

¶ Cap. xxiii.

¶ Deus deus tuus ambulat in medio castrorum vt eruat te. Sint ergo castra tua sancta & nihil scditatis appareat in eis.

Quod semel egressum est de labijs tuis obseruabis, & facies sicut promisisti domino deo tuo.

¶ Cap. xxiiii.

¶ Non occidentur patres pro filijs nec filij pro patribus, sed vnusquisq; pro peccato suo morietur.

¶ Cap. xxv.

¶ Respice domine de sanctuario tuo, de excelso calogy habitaculo, & benedic populo tuo

Dominum elegisti hodie, vt sit tibi deus, & ambules in vijs eius & obedias eius imperio, custodiasque ceremonias eius, & dominus elegit te hodie, vt sis ei populus peculiaris

¶ Cap. xxvi.

¶ Maledictus qui errare fecerit caecum in itinere.

¶ Cap. xxvii.

¶ Nisi timueris nomen domini gloriosum atq; terribile, augebit plagas tuas, & sicut ante laetabatur sup vos bene vobis faciens, sic nunc laetabitur vos disperdens & que subuertens.

¶ Cap. xxviii.

¶ Dixit Moyfes ad filios Israel. Vos vidistis vniuersa magnalia quae coram vobis dominus fecit, & non dedit vobis dñs cor intelligens & oculos videntes, & aures

EPITOLAE EX DEUTERONIO.

quæ possent audire vsque in præsentem diem.

Non sit inter vos radix germinans fel & amaritudinẽ

¶ Cap. xxx.

¶ Si ad cardines cæli fueris dissipatus, inde retrahet te dominus deus tuus, & inducet in terram quam possederunt patres tui, &c. & circumcidet cor tuum. & cor seminis tui, vt diligas dominum deum tuum.

Mandatum hoc quod ego præcipio tibi non supra te est nec procul positum, nec in cælo situm, vt possis dicere. Quis nostrum ad cælum valet ascendere vt deferat illud ad nos? Nec transmare positum vt dicas. Quis ex nobis transfretare possit mare? Sed iuxta te est sermo valde in ore tuo & in corde tuo vt facias illum.

Ipse dominus est vita tua, & longitudo dierum tuorum vt habitet in terra

¶ Cap. xxxi.

¶ Dixit Moyses ad Iosue. Confortare & esto robustus. Tu enim introduces populum istum, & cetera. & dominus qui ductor est tui erit tecum. Non dimittet nec derelinquet te.

Ego scio contritionem tuam & ceruicem tuam durissimam. Adhuc viuente me, & ingrediente vobiscum, semper contentiose egistis contra dominum

¶ Cap. xxxii.

Audite cæli quæ loquor &c.

Date magnificentiã deo nro, dei perfecta sunt opa, &c.

Nunquid non ipse est pater tuus, &c.

Memento dierum antiquorum, &c.

Pars autem domini populus eius, &c.

Gens absque consilio est & sine prudentia, vtinam sciperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent.

Videte quod ego sim solus, & non sit alius deus præter me.

Ego occidam & ego viuere faciã, &c.

Cap. xxxiii.

Dixit Moyses. Dominus de Syna venit, & de Seyr oratus est nobis. Apparuit de monte Pharan, & cetera. In dextera eius ignea lex. Dilexit populos. Omnes sancti in manu eius sunt. Et qui appropin-

D. DIONY. A R I C K. C A R T.
quant pedibus eius accipient de doctrina illius.

Amantissimus domini habitabit cōfidenter, in eo qua
si in thalamo tota die morabitur, & inter humeros il
lius requiescet.

Non est deus alius, vt deus rectissimus. Ascensor cæ
li auxiliator tuus. Magnificentia eius discurrunt nubes
Habiraculum eius sursum, & subter brachia sempiter
na.

¶ Cap. xxxiiij.

¶ Mortuus est Moyses seruus domini in terra Moab iu
bente domino, & sepeliuit eum in valle terræ Moab,
& non cognouit homo sepulchrum eius vsq; in presen
tem diem.

Moyses centumviginti annorum erat quando mortu
us est. Non caligauit oculus eius, nec dentes illius mo
ti sunt. Et non surrexit propheta in Israel vltra sicut
Moyses, qui nosceret dominum facie ad faciem in omni
bus signis, &c.

¶ Liber Iosue continet cap. XXIII
Et agitur in eo de transitu Iordanis
& de subuersione regnorum hostiliū
De introductione populi dei in ter
ram promissionis & de diuisione ipsi
us terræ.

Caput. I.



Ixit dominus ad Iosue. Confortare & e
sto robustus valde, vt custodias omnem
legem quā tibi Moyses præcepit.

Ne declines ab ea ad dexteram vel ad
sinistram vt intelligas cuncta quæ agis,
& meditaberis in lege hac diebus ac no
ctibus.

Ecce præcipio tibi. Confortare & esto robustus. No
li metuere & noli timere, quoniam tecum est dominus
deus tuus in omnibus ad quæcumq; perrexeris.

Dixerunt filij Israel ad Iosue. Qui non obedierit cum

EPITO. EX IOSV.

etis sermonibus tuis, moriatur.

¶ Cap. iij.

¶ Ingressis filiis Israel Iordanem, steterunt aquæ descēdentes in vno loco, & ad instar montis intumescētes apparebant procul. Quæ autem inferiores erant, in mare solitudinis descenderunt quousque omnino deficerent. Omnisque populus per arenam alucem transibat.

¶ Cap. v.

¶ Defecit manna postquam filii Israel comederunt de frugibus terræ.

¶ Cap. vi.

¶ Dixit Iosue. Maledictus vir coram domino, qui suscitauerit & ædificauerit ciuitatem Hierico. In primogenito suo fundamenta illius iaciat, & in nouissimo liberorum ponat portas eius. (Hoc postea impletum est.)

¶ Cap. vii.

¶ Iosue cecidit pronus in terram coram domino vsque ad vesperam & dixit. Mi domine deus quid dicam, videns Israëlē hostibus suis terga vertentem. Et quid facies nomini tuo magno?

Fili mi da gloriam domino deo Israel, & confitere atque indica mihi quid feceris.

¶ Cap. io.

¶ Dixit Iosue domino. Sol contra Gabaon ne mouearis & luna contra vallem Haylon. Steterunt itaque sol & luna, & non festinauit sol descendere spacio vnus diei. Non fuit ante & post tam longa dies, obediēte domino voci hominis & pugnante pro Israel.

¶ Cap. xi.

Non præteriiuit Iosue de vniuersis mandatis domini ne vnum quidem verbum quæ præcepit Moyse.

¶ Cap. xiiij.

¶ Dixit Caleph ad Iosue, Fratres mei qui ascenderant mecum dissoluerunt cor populi, & nihilominus ego sequutus sum dominum deum meum. Quadraginta & quinque anni sunt ex quo loquutus est mihi dominus. Hodie octuaginta quinque annorum sum sic valēs ad bellandum & gradiendum, vt eo valebam tempore q̄-

§

D. DIONY. A RICK. CART.
do ad explorandum missus sum.

¶ Cap. xv.

¶ Iebuseum habitatorem hierusalem nō potuerunt filij Iuda delere, habitauitq; cum eis.

¶ Cap. xvij.

¶ Machyr primogenitus Manasse fuit, vir pugnator.

¶ Cap. xvij.

¶ Vsq; quo marceitis ignavia, & non intratis ad possidendam terram quam dominus deus patrum vestrorū dedit vobis?

¶ Cap. xxij.

¶ Dixit Iosue. Diuidite prædā hostium cum fratrib; vestris.

¶ Cap. xxij.

¶ Dixit Iosue. En ego ingredior viam vniuersę terrę

¶ Cap. xxij.

¶ Timete dominum, & seruite ei corde perfecto atque verissimo.

Dixit Iosue. Non poteritis seruire domino. Deus enim sanctus & fortis æmulator est, nec ignoscet sceleribus vestris.

Mortuus est Iosue seruus domini centum decem annorum, seruiertque filij Israel domino cunctis diebus Iosue & seniorum qui longo vixerunt tempore post Iosue qui nouerunt opera domini, &c.

Ossa Ioseph quę tulerunt filij Israel de Aegypto sepelierunt in Sichem in parte agri quem emerat Iacob a filijs Emor.

Iudicum liber habet Cap. XXI. Et agitur in eo de principibus iudicibus & defensione populi Israel; & de victorijs & triumphis habitis contra hostes.

¶ Caput. I.

EPITO. EX IVDI.

Icut feci ita reddidit mihi dominus.

S

¶ Fleſtebatur dominus miſericordia & audiebat afflictorum gemitus, & liberauit eos de cede vaſtantium.

¶ Cap. iij.

¶ Dimiſit dominus Chananaeos vt in eis experiret Iſraelem vtrum audiret mandata domini an non, & vt diſcerent poſteri eorum certare cum hoſtibus haberentque conſuetudinem præliandi.

¶ Cap. iij.

¶ Aioth Iudex Iſrael vtraque manu pro dextera vtebat Verbum ſecretum habeo ad te o rex, verbum domini habeo ad te.

Humiliatus eſt Moab ſub manu Iſrael, & quieuit terra

¶ Cap. v.

¶ Cor meum diligit principes Iſrael. Qui propria voluntate obtuliſtis vos diſcrimini, benedicite domino. De cælo dimicatum eſt contra eos, ſtellæ manentes in ordine & curſu ſuo, aduerſus Syzaram dimicauerunt. Sic pereant dñe omnes inimici tui, qui autem diligunt te, ſicut ſol in ortu ſuo ſplendet, ita rutilent

¶ Cap. vi.

¶ Dixit angelus ad Gedeon. Dñs tecum virorum fortiffime.

Dixitque Gedeon. Obſecro dñe, ſi dñs nobiſcum eſt, cur ergo apprehenderunt nos hæc mala? Vbi ſunt miracula eius quæ narrauerunt patres noſtri?

Dixit Gedeon. Heu mi domine deus, quia vidi angelum domini facie ad faciem. Dixitque ei dominus. Pax tecum.

Ne timeas, nõ morieris.

¶ Cap. viij.

¶ Ne gloriatur cõtra me Iſrael, & dicat, meis viribus liberatus ſum.

¶ Cap. viij.

¶ Non dominabor veſtri, ſed dominabit dominus veſtris, dixit Gedeon.

D. DIONYSI A RICK. CART.
Mortuus est Gedeon in senectute bona.

¶ Cap. ix.

Simul considerate, quia os vestrum, & caro vfa sum.

¶ Cap. x.

Peccauimus. Redde tu nobis quicquid tibi placuerit tantum nunc libera nos.

Doluit dominus super miserijs eorum (s. populi Israel.

¶ Cap. xi.

Dominus qui hæc audit, ipse mediator ac testis est, quod nostra promissa faciemus.

Vouit Iepre votum domino, &c.

Dixit Iepre. Heu filia mi. Decepisti me, & ipsa decepta es. Aperui enim os meum ad dominum, & aliud facere non potero. Cui filia respondit. Pater mi, si aperuisti os tuum ad dominum, fac mihi quodcumq; pollicitus es.

¶ Cap. xii.

Si dominus nos veller occidere, holocaustum de manibus nostris non suscepisset.

¶ Cap. xiii.

Irruit spiritus domini in Sampson, & dilacerauit leonem quasi hædum in frustra, & hoc parentibus non indicauit.

Dixit Sampson. Si non arassetis in vitula mea, non inuenissetis propositionem meam.

Cap. xv.

Capit Sampson trecentas vulpes & caudas eorum coniunxit & faces ligauit in medio earum. Quæ statim prexerunt in segetes Philistinorum.

Arripuit Sampson mandibulam asini, & percussit in ea mille viros de Philistiim. Cumq; sitiret & oraret dominum, aperuit dominus molarem dentem in maxilla asini, & egressæ sunt aquæ.

Cap. xvi.

Apprehendit Sampson ambas portæ fores cum postibus suis & sera, impositasq; humeris portauit ad verticem montis.

Quomodo dicis quod ames me, cum animus tuus non sit mecum?

EPITO. EX IVDIC.

Domine deus meus memento mei, & redde mihi nunc
pristinam fortitudinem meam.

Cap. xvij

Ite in pace, dominus respicit viam vestram, & iter quod
pergitis.

Cap. xix.

Ferte sententiam, & in communi discernite, quid fa-
cto opus sit.

Cap. 20.

Non intellexerunt quod ex omni parte illis instaret
interitus, atque ita factum est, vt ex vtraque parte ab ho-
stibus cederentur.

Cap. xxi.

Quare domine deus Israel factum est hoc malum in
populo tuo vt hodie vna tribus auferret ex Israel?

Ruth habet Cap. III. Et agitur in eo
de matrimonio contracto inter Boos
& Ruth, ex quibus Christus descen-
dit.

Caput. I



Aciat vobiscum dominus misericordiam,
sicut fecistis cum mortuis & mecum, det
que vobis inuenire requiem.

Vestra angustia me magis premit, & egres-
sa est manus domini contra me.

Ne aduerseris mihi vt te relinquam & abe-
am. Quocunque perrexeris pergam. Populus tuus po-
pulus meus, & deus tuus deus meus. Hac faciat mihi de-
us & hac addat, si non sola mors me & te separauerit.
Ne vocetis me Noemi. i. pulchram, sed vocate me Ma-
ra, hoc est amaram, quia amaritudine valde repleuit
me omnipotens. Egressa sum plena, & vacuam reduxit
me dominus

Cur ergo vocatis me Noe. i. quam humiliavit domi-
nus, & afflixit omnipotens

Cap. ij.

Dixit Boos messoribus. Dominus vobiscum. Qui di-
xerunt; Benedicat tibi dominus.

Vnde hoc mihi, vt inuenirem gratiam ante oculos

D. DIONYSI A RICK. CART.
tuos, & nosse me dignareris?

Reddat tibi dominus pro opere tuo plenam mercedem
ad quem venisti, & sub cuius alas confugisti

Sit benedictus qui misertus est tui.

Benedictus sit a domino, quoniam eandem gratiam quam
præbuit uiuis, seruauit & mortuis.

¶ Cap. iij.

¶ Priorem misericordiam posteriore superasti. Scitque
omnis populus qui habitat intra portas urbis mee, mu-
lierem te (s. Ruth) esse uirtutis.

¶ Cap. iiii.

Tu meo utere privilegio, quod me libenter carere, pro-
fitor
Benedictus dominus qui dedit tibi qui consoletur ani-
mam tuam & enutriet senectutem.

Regum. I. continet Cap. XXXI. in
quo agitur de gubernatione populi
Israel per iudices. De electione Re-
gis Saul, de regimine gestis & morte
ipsius.

Caput. I.



¶ Cum esset Anna amaro animo orauit dominum
flens largiter. Porro Anna loquebatur in
corde suo, tantumque labia illius mouebantur,
& vox penitus non audiebatur.

Vultus illius (s. Annæ) non sunt amplius
in diuersa mutati.

¶ Cap. ij.

¶ Exultauit cor meum in domino, &c. (Hoc canticum
Annæ per totum valde notabile est.)

Non est sanctus ut est dominus, &c.

Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes.

Deus scientiarum dominus est, & ipsi præparant cogitationes.

Domini sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem.

Dominus iudicabit fines terræ.

Si peccauerit uir in uia, placari ei potest deus. Si autem

EPITO. EX REG. I

in dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo?
Puer Samuel proficiebat atq; crescebat, & placebat rā
deo quam hominibus.

Quicumq; glorificauerit me glorificabo eum ait .domi-
nus. Qui autem contemunt me erunt ignobiles.

Cap. 3.

Loquere domine, quia audit seruus tuus.
Dominus est. Quod bonum est in oculis suis, faciat.

Cap. 4.

Venit deus in castra.

Cap. 5.

Quis poterit stare ante conspectum domini dei san-
cti huius ?.

Cap. 7.

Præparate corda vestra domino, & seruite illi soli,
& liberabit vos de manu Philistinim.
Ne cesses pro nobis clamare ad dominum deum no-
strum vt saluet nos.

Cap. 9.

Erat Saul vir electus & bonus, & non erat de filijs Is-
rael melior illo (scilicet ante promotionem regni.)

Cap. 10.

Mutaberis in virum alterum. Et immutabit ei (scili-
cet Saul) deus cor aliud.
Stetit Saul in medio populi, & altior fuit vniuerso po-
pulo ab humero & sursum.

Cap. 11.

Cras erit vobis salus, cum incaluerit sol.

Cap. 12.

Nolite recedere a tergo domini, sed seruite domino
in omni corde vestro, & nolite declinare post vana que
non proderunt vobis quia vana sunt.
Non derelinquet dominus populum suum, propter no-
men suum magnum.
Absit a me hoc peccatū in domino, vt cessem orare pro
vobis. (Hoc dixit Samuel ad Israel, de principatu eis-
tus.)

Cap. 13.

D. DION. A ARICK. CART.
Stulte fecisti quia non custodisti præcepta domini dei
quæ præcepit tibi.

¶ Cap. xiii.

Non est dño difficile saluare in multis vel in paucis.

¶ Cap. xii.

Factum est vbum domini ad Samuelem dicens, Pœ-
nitet me qd constituerim Saul regem, qd dereliquit me;
Nōne cum paruulus esses in oculis tuis, caput in tribu-
bus Isrel factuses?

Nunquid vult dominus holocausta aut victimas, & nō
porius vt obediatur voci domini?

Melior est em obedientia quam victimæ, & auscultare
magis quam offerre adipem arietum. Qm quasi pec-
catum hariolandi ē repugnare, & qsi scelus idolatriæ
nolle acquiescere.

Pro eo q abiecasti sermonē domini, abiecit te dominus.
Porro triumphator in Israel non parcat, & pœnitenti-
ne non flectetur. Neque enim homo est vt agat pœni-
tentiam.

Siccine separat amara mors?

Veruntamen lugebat Samuel Saulē.

¶ Cap. xvi.

Dixit dominus. Ne respicias vultum eius, neq; altitu-
dinem staturæ eius, quia non iuxta intuitum hominis
ego iudico. Homo enim videt quæ parent, dominus au-
tem intuetur cor.

Erat autem Dauid rufus & pulcher aspectu, decoraque
facie. Respondens vnus de pueris Sauli ait. Ec-
ce vidi filium Isai Bethleemitem scientē psallere, & for-
tissimum robore, & virum bellicosum ac prudentem in
vbis, & dñs est cum eo.

¶ Cap. xvii.

Dixit Dauid. Leonem & vrsū suffocaui & interfeci,
Dixit dauid ad Philistæum. Tu venis ad me cum gla-
dio & hasta & clypeo. Ego autem venio ad te in no-
mine domini exercituum, & dabit te dominus in ma-
nu mea.

¶ Cap. xviii.

Anima Ionathæ colligata est animæ Dauid, & dilexit
eum Ionathas qsi aiā suā. Et inierunt fœdus Ionathas

EPITO. EX REG. I.

& Dauid & exiit Ionathas vestimenta sua & dedit ea
Dauid. Dixit Dauid. Ego sum vir pauper & tenuis.

¶ Cap. xx.

Vno tantummodo gradu, ego & mors diuidimur.
De verbo quod loquuti sumus ego & tu, dominus sit in-
ter me & te usque in sempiternum.

¶ Cap. xxiii.

Propotius fit mihi dominus, ne mittam manum meam
in Christum dominum;

Iustior tu es quam ego. Tu enim tribuisti mihi bona,
ego autem reddidi tibi mala. ¶ Cap. xxvi.

Nunquid non vir tu es, & quis alius similis tui in Israel?
Si dominus incitat te aduersum me, adolef incensum.
Si autem filii hominum, maledicti sunt in conspectu domini.
(verba sunt Dauid ad Saul.)

Dominus retribuet unicuique secundum iusticiam suam
& fidem. Sicut magnificata est anima tua hodie in o-
culis meis, sic magnificetur anima mea in oculis domi-
ni, & liberet me de omni angustia.

Cap. xxix.

Viuit dominus quia rectus es tu, & bonus in conspectu
meo, & exitus tuus & introitus tuus mecum, & non in-
ueni in te quicquam mali ex die qua venisti ad me us-
que nunc, sed satrapis non places.

Cap. xxx.

Aequa pars erit ascendentis ad praelium, & remanen-
tis ad sarcinas & similiter diuident.

Cap. xxxi.

Arripuit Saul gladium suum & irruit super eum. Quod
cum vidisset armiger eius irruit etiam ipse super gladi-
um suum, & mortuus est cum eo.

¶ Regum. II. continet Cap. XXIII.
Et agitur in eo de regimine populi
Israel per regem Dauid, & de factis
per ipsum.

¶ Caput primum.

S f



Agitta Ionathæ nunquam rediit retrorsum, & gladius Saul non est reuersus inanis.

Saul & Ionathas amabiles & decori in vita sua, in morte quoque non sunt diuisi. Aquilis velociores, Leonibus fortiores.

Quomodo ceciderunt fortes in prælio, & perierunt arma bellica?

Dolco super te frater mi Ionatha decore nimis, & amabilis super amorem mulierum. Sicut mater unicū amat filium ita te diligebam.

¶ Cap. ij.

Porro Asah el frater Ioab cursor velocissimus fuit quæ si vnus ex capreis.

Num vsque internationem tuus mucro desquirit? An ignoras quod periculosa sit desperatio?

¶ Cap. iij.

Dauid erat proficiens, & semper seipso robustior. Adduxit Ioab Abner filium Ner seorsum, vt loqueretur ei in dolo, & percussit eum in inguine & mortuus est. Plangens Dauid Abner, ait. Nequaquam vt mori solent ignaui mortuus es Abner. Manus tuæ non sunt ligatæ, & pedes tui non sunt compedibus aggrauati, sed sicut solent cadere coram filiis iniquitatis corruisti.

¶ Cap. v.

Diuisit dominus inimicos meos coram me, sicut diuiduntur aquæ.

¶ Cap. vi.

Dauid percutiebat in organis, & ludebat totis viribus coram domino,

Dixit Dauid. Ludam & vilior siam plus quam factus sum, & ero humilis in oculis meis. ¶ Cap. viij.

Quis ego sum domine deus, quia adduxisti me hucusque. Tu enim scis seruum tuum domine deus meus. Incipe ergo & benedic domui serui tui, vt sit in sempiternum coram te.

Filii Dauid sacerdotes erant. ¶ Cap. ix.

Quis ego sum seruus tuus, quoniam respexisti super canem

EPITOM. EX REG. II.

mortuum similem mei,

Miphiboseth filius Ionathæ claudus erat utroq; pede
& habebat filium puulum nomine Mycha.

¶ Cap. x.

Esto vir fortis, & pugnemus pro populo nostro. Do-
minus autem faciet quod bonum est in conspectu suo.
(Dixit Ioab ad Abisai.)

Cap. xi.

Non te frangat ista res. Varius ē enim exitus belli, &
nunc hunc nunc illum gladius consumit.

Cap. xij;

Quare cōtempstisti v̄bum dñi, v̄ faceres malū corā eo?
Dixit Dauid. Propter infantem dum adhuc viueret ie-
iunavi & fleui, nunc autem quia mortuus est, quare ieiu-
no? Nunquid potero reuocare eum? Ego v̄ adam ma-
gis ad eū, ille vero non reuertet ad me.

Cap. xiiij.

Genuit Bethsabæe filium, & vocauit nomen eius Salo-
mon, Et dñs direxit eum. Misitq; in manu Nathan pro-
phetæ, & vocauit nomen eius, amabilis domino.

Filiæ Dauid regis, veste talari utebantur.

Cap. xiiijj

Omnes morimur & quasi aquæ dilabimur in terram
quæ non reuertentur. Nec vult deus perire aīam, sed
retractat cogitans ne penitus percat qui abiectus est.

Porro sicut Absalon vir pulcher non erat in omni I-
srael. A planta pedis vsque ad verticem capitis, non
erat in eo vlla macula, Et quando tondebatur, ponde-
rabat capillos capitis sui ducentis siclis argenti. Seme-
autem tondebatur ī anno quia grauabat eum cæsaries.

Cap. xv.

Dominus faciat tecum misericordiam & veritatem,
quia ostendisti gratiam & fidem.

¶ Dixit Dauid. Si inuenero gratiā in oculis domini re-
ducat me. Si autem dixerit, non places, præsto sum.

Faciat quod bonum est coram se.

Cap. xvi

D. BIONY. A RICK. CART.

Cap. xvi.

Dixit Dauid. Dimitte Semei vt maledicat mihi, si forte respiciat dominus afflictionem meam, & reddat mihi bonum pro maledictione hac.

Consilium Achitophel erat, quasi quis consuleret deū.

Cap. xvii.

Amasam constituit Absolon super exercitum p Ioab. Erat autem Amasa filius Abigail, filia Naas (Nota qd pater Dauid habuit tria nomina, scilicet Iesse, Isai, & Naas. Hic dicitur Naas)

Cap. xviii.

Cum ingressus fuisset mulus Absalon subter condēsam quercum, adhæsit caput eius quercui, & illo suspenso mulus pertransiit. Tulit ergo Ioab tres lanceas & infixit in corde Absalon.

Fleuit Dauid filium suum Absolon, & ait. Fili mi Absolon, absolon fili mi. Quis mihi tribuat vt ego moriar p te o Absolon fili mi, fili mi Absolon

Cap. xix.

Porro rex operuit caput suum, & clamabat, voce magna. Absolon &c.

Dixit Ioab ad Dauid. Diligis odientes te & odio habes diligentes te.

Tu domine posuisti me seruū tuum inter conuiuas mē sę tuę. Erat autem Bercellai Galaadites senex valde id est, octogenarius.

Cap. xx.

Dixit Ioab ad Amasam. Salue mi frater, Et tenuit manu dextera mentum Amasę quasi osculans eum, percussitque eum in latere, & effudit intestina eius.

Cap. xxii.

Dixit Dauid filius Isai, dixit vir cui constitutum est de Christo dei Iacob, egregius psaltes Israel, spiritus domini loquutus est per me, & sermo eius per linguam meam.

Banaias filius Ioiadę percussit duos leones Moab. Percussit quoque leonem in medio cisternę, & interfecit virum Aegyptium dignum spectaculo. Cumque descē

EPITOME EX REG. TER.

disset ad eum in virga, vi extorsit hastam de manu eius, & interfecit eum hasta sua. Fecitque eum Dauid sibi auricularium a secreto.

Cap. xxiiiij.

Dedit Ioab numerum descriptionis populi regi. Et inuenta sunt de Israel octingenta milia virorum fortium. De Iuda autem centum quinquaginta milia pugnatorum.

Dixit Dauid. Peccaui valde in hoc facto, sed precor domine vt transferas iniquitatem serui tui, quia scire egi nimis

Dixit Dauid. Coartor nimis. Sed melius est mihi incidere in manus domini, multę enim miserationes eius sunt quam in manus hominum.

Dixit Dauid ad dominum, cum vidisset angelum cedentem populum. Ego sum qui peccaui. Isti qui oues sunt quid fecerunt? Vertatur obsecro manus tua contra me, & contra domum patris mei.

Regum. III. habet Cap. XXII. Et agitur in eo de morte Regis Dauid: Et de successione, regimine & gestis Salomonis, aliorumque Regum Iuda & Israel.

Caput. I.

Dixit Dauid ad Salomonem. Tu nosti quę fecerit mihi Ioab, quę fecerit duobus principibus exercitus Israel Abner & Amase quos occidit & effudit sanguinem belli in pace, & posuit cruorem belli in baltheo quod erat circa lombos suos, & in calciammento suo. Non ergo deduces canticum eius pacifice ad inferos.

Petitionem vnā precor a te, ne confundas faciem meam. Venit Bethsabee ad regem Salomonem, & surrexit rex in occursum eius, adorauitque eam, & sedit super thronum suum.

D. DIONY. A RICK. CAR.

Positus est thronus matri regis, q̄ sedit ad dexterā eius.
Dixit rex Salomon matri suæ. Pete mater mi. Neque enim phas est, vt auerras faciem tuam.

Cap. iij

Affinitate coniunctus est Salomon Pharaoni regi Aegypti, accepitq; filiam eius vxorem.

Ego sum puer paruulus & ignorans egressum & introitum meum. Dabis ergo seruo tuo cor docile, vt possit discernere inter bonum & malum. Placuit autē domino, quod Salomon sapientiam postulasset & ait. Quia postulasti hoc, ecce fe cū tibi secundum sermones tuos, sed & hæc quæ non postulasti dedi tibi, scilicet diuitias & gloriam.

Cap. 8.

Dominus dixit vt habitaret in nebula.

Domine deus Israel non est similis tui deus in cælo desuper & super terram deorsum, qui custodis pactum & misericordiam seruis tuis, qui ambulant coram te in toto corde suo.

Ergo ne purandum est, quod vere deus habitet super terram? Si enim cælum & cæli cælorum te capere non possunt, quantomagis domus hæc? Sed respice ad orationem serui tui. Audi hymnum & orationem, qua seruus tuus orat coram te.

Tu domine solus nosti corda om̄im filiorum hominū. Non est homo qm̄ non peccet.

Benedictus dñs deus Israel, q̄ dedit requiē populo suo. Sit dñs deus noster, nobiscum sicut fuit cum patribus nostris non derelinquens nos sed inclinet corda nostra post se, vt ambulemus in omnibus vijs eius.

Sit quoq; cor nostrum perfectum cum domino deo nostro, vt ambulemus in decretis eius.

Cap. 10.

Maior est sapia tua & opa tua, q̄ rumor quē audiui. Beati viri tui & beati serui tui hi qui astant coram te semper & audiunt sapientiam tuam.

Sit dominus deus tuus benedictus cui complacuiisti.

Cap. 15.

EPITOME EX REG. TER.

Non declinauit Dauid ab omnibus quæ præceperat ei dominus, excepto sermone Vriæ Cethæi.

Cap. 16.

In diebus Achab Ahiel Hiericho in Abyram primo genito suo fundauit eam, & in Segub nouissimo suo posuit portas eius, iuxta verbum Iosue filij Num.

Cap. 17.

Dixit Helias Theſbites ad Achab. Viuit doñs deus Israel, in cuius cōspectu sto, si erit annis his ros aut pluuia nisi iuxta oris mei verba

Corui deferebant Helix panem & carnes mane, similiter & vespere. Expandit se atq; mensus est Helias super puerum tribus vocibus, clamauitq; ad dominum, & exaudiuit eum, & reuersa est anima pueri in viscera eius.

Cap. 18.

Vsquequo claudicatis in duas partes? Cecidit ignis de cælo & deuorauit holocausta Helix, & ligna & lapides, puluerem q; & aquam.

Cap. 19.

Timuit Helias hiezabel, & abiit quocumq; eum ferebat voluntas.

Sufficit mihi domine. Tolle animam meam. Neq; enim melior sum quam patres mei.

Surge comede, grãdis em tibi restat via. Qui (scz Helias) cum surrexisset, ambulauit in fortitudine cibi illius q̄draginta diebus & q̄draginta noctibus.

Zelo zelatus sum pro domino exercituum.

Dixit dñs ad Heliam. Derelinquam mihi in Israel septem milia viroꝝ, q̄rum genua non sunt curuata ante Baal; (Nota istum passum allegat apostolus ad Romanos)

Cap. 20.

Ne glorie accinctus aq; vt discinctus.

Cap. 21.

Grãdis autoritatis es, & bene regis regnum Israel.

Cap. 22.

Vidi dominum sedentem sup solium suum, & omnẽ exercitum cæli assistentem ei a dextris & a sinistris. Sustentate eum pane tribulationis & aqua angustia.

D. DIONY. A RICK. CAR.
Regum. IIII. continet Cap. XXV. Et
agitur in eo de casu regni Iuda & Is-
rael propter Regū suorum præuari-
cationem, De captiuitate populi, Et
de subuersione vr̄bis & templi.

Cap. I.



homo dei noli despiciere animam meam
& animas seruorum tuorum qui mecum
sunt, sed miserearis animæ meæ.

Cap. ij.

Viuit dominus & viuit anima tua, quæ
non derelinquam te, Tulit Helias palliū
suum & percussit aquas, & diuisæ sunt in vtrāq; partem
Obsecro vt fiat spiritus tuus duplex in me.

Cap. iij.

Dixit Helisæus, Adducite mihi psalterem. Cumque ca-
neret psalteres facta est super eum manus domini.

Cap. iiii.

Incubuit Heliseus super puerū mortuum, & posuit
os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius
& manus suas super manus eius, & incurrauit se super
eum, & calefacta est caro pueri & oscitauit septies.

Cap. v.

Nūquid deus egissim vt occidere possim & viui-
ficare.

Cap. vi.

Noli timere, Plures enim nobiscum sunt quam cum
eis.

Cap. viii.

Quid enim sum seruus tuus carnis, vt faciā rem istā
magnam?

Cap. x.

Nunquid est cor tuum rectum cum corde meo, sicut
cor meum cum corde tuo?

Cap. xiii.

Proiecerunt latrunculi cadauer in sepulchrum Heli
sei, qđ dum tetigit ossa eius, reuixit homo.

EPITO. EX PARAL. .I.

Ezechias confregit serpentem æneum quem fecerat Moyses. Siquidem vsque illud tempus filij Israel adolebant ei incensum.

Cap. xix.

Insanisti in me, & superbia tua ascendit in aures meas. Ponam itaque circulum in auribus tuis, & chamum in labijs tuis.

Venit angelus domini nocte & percussit in castris Assyriorum, centum octuaginta quinque milia virorum

Cap. xx.

Orauit Ezechias dicens. Obsecro domine, memento quomodo ambulauerim coram te in veritate & in corde perfecto, & quod placitum est coram te fecerim.

Dixit Ezechias. Bonus sermo quem locutus est dominus. Sit pax & veritas in diebus meis.

Paralipomenon. I. habet Cap. XXIX

Et describitur in eo genealogia Regis Dauid, & fit recapitulatio electionis, gubernationis atque gestorum ipsius.

Cap. I.



Vben fuit primogenitus Israelis, sed cum violasset thorum patris sui, data sunt primogenita filijs Ioseph.

Porro Iudas qui erat fortissimus inter fratres suos, de stirpe eius principes generati sunt.

Filij Israel dominum inuocauerunt cum præliarentur, & exaudiuit eos, eo quod credidissent in eum. Fuit enim bellum domini.

Cap. xi.

Abijt Dauid in Hierusalem, hæc est Hiebus, & dixit. Qui percusserit Iebusam in primis, erit princeps & dux. Ascendit ergo I oab, & factus est princeps.

Cap. xii.

Pax tibi, pax tibi, & pax adiutoribus tuis, Te enim

D. DIONY. A RIC. CAR.

adiuuat deus tuus.

Cap. 13.

Manfit arca dei in domo Obededon Ethæi tribus mensibus & bene dixit dominus domui eius in omnibus quæ habebat.

Cap. 17.

Omnia quæ sunt in corde tuo fac, Dominus enim tecum est. Fui semper in tentorijs manens cum omni Israel. Quis ego sum domine deus meus, & quæ domus mea, ut præstares mihi talia? Tu deus meus releuasti auriculam serui tui, & iccirco inuenit seruus tuus fiduciam, ut oret coram te.

Cap. 19.

Ioab intelligens bellum ex aduerso & post tergum contra se fieri elegit viros fortissimos. Confortare & agamus viriliter pro populo nostro. Dominus autem quod in conspectu suo est bonum faciat.

Cap. 21.

Dedit Ioab numerum populi Dauid, & inuentus est omnis numerus Israel mille milia, & centum milia virorum. (Nota numerum filiorum Israel tempore Dauid) De Iuda autem trecenta septuaginta milia. Nam Leui & Benjamin non numerauit.

Cap. 22.

Cernitis quod dominus deus vester vobiscum sit, & dedit vobis requiem. Præbete ergo corda vestra, ut quærat dominus deum vestrum.

Cap. 28.

Tu autem fili mi scito deum patris tui, & serui ei corde perfecto & animo voluntario. Omnia enim corda scrutatur dominus & vniuersas mentium cogitationes intelligit. Si quæsieris eum inuenies. Si autem dereliqueris eum pronociet te.

Cap. 29.

Letatus est populus cum vota sponte promitteret, quia toto corde offerebant ea domino. Tua est domine magnificentia & potestas & gloria atque victoria, tibi laus, tuæ diuitiæ, tua est gloria, tu dominaris omnium. Nunc ergo deus noster confitemur tibi, & laudamus nomen tuum in clytū. Quis ego,

EPITO. EX PARAL. .II.

& quis populus tuus, vt possimus tibi ista promittere?
Tua enim sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus
dedimus tibi.

Peregrini sumus coram te & aduenæ, sicut omnes pa-
tres nostri.

Dies nostri quasi umbra super terram, & nulla est mora.
Scio domine deus meus, quod probes corda, & simplicitatē
diligas. Vnde & ego in simplicitate cordis mei letus ob-
tuli omnia hæc.

Domine deus custodi in æternum hanc voluntatem cor-
dis eorum, & semper in veneratione tui mens ista
dermaneat.

Paralipomenon .II. habet Capit.
XXXVI. Et recapitulatur in eo
regimen populi per Salomonem,
& alios Reges Iuda & Israel.

Caput primum

Via dilexit dominus populum suum, ic-
circo te regnare fecit super eum.

Cap. 12.

Quia humiliati sunt, non disperdam
eos dicit dominus.

Cap. 13.

In exercitu nostro deus dux est. Nolite pugnare contra
dominum deum patrum vestrorum, quia non vobis ex-
pedit.

Vehementissime confortati sunt filij Iuda, eo quod spe-
rassent in domino deo patrum suorum.

Cap. 14.

Domine non est apud te vlla distantia, vtrum in pau-
cis auxiliaris, aut in pluribus.

Adiuua nos domine deus noster, in te enim &
in nomine tuo habentes fiduciam venimus contra

D. DIONY. A. RIC. CART.
hanc multitudinem.

Cap. xv.

Dominus vobiscum quia fuistis cum eo. Si quaesieritis eum inuenietis, si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos.

Vos autem confortamini & non dissoluentur manus vestrae. Erit enim merces operi vestro. In omni corde suo iurauerunt domino, & in tota voluntate sua, quaesierunt eum & inuenerunt.

Cap. xvii.

Misit Iosaphat rex iuda de principibus suis & cum eis leuitas & sacerdotes. Docebantque populum habentes librum legis, & circuebant cunctas vrbes iuda atque erudiebant populum.

Cap. xix.

Præcepit iosaphat iudicibus. Videte quid faciatis. Non enim hominum exercetis iudicium, sed domini, & quodcumque iudicaueritis, in vos redundabit. Sit timor domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite. Non est enim apud dominum deum nostrum iniquitas nec personarum acceptio, nec acceptio munerum.

Cap. xx.

Iosaphat rex timore perterritus totum se contulit ad rogandum dominum.

In nobis non est tanta fortitudo vt possimus resistere sed cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, & oculos nostros dirigamus ad te. (Verba sunt iosaphat regis iuda.)

Nolite timere, Non est enim vestra pugna sed dei, Non enim eritis vos qui dimicabitis, sed tantummodo state confidenter, & videbitis auxilium super vos.

O iuda & Hierusalem nolite timere. Cras egrediemini, & dominus erit vobiscum.

Credite in domino deo vestro, & securi eritis.

Cap. xxiiij.

Senuit autem ioiada pontifex plenus dierum, Et mortuus est cum esset annorum centum & triginta. Non est recordatus ioas rex misericordiae quam fecerat ioiada secum, sed interfecit filium eius. Qui cum

EPITOME EX PARA. SECVN.

moreretur ait. Videat dominus & requirat. (De isto Zacharia intelligitur quod in Euangelio legitur, a sanguine Abel iusti. & c.)

Cap. xxv.

Venit ad Amasiam regem iuda homo dei & ait. Rex ne ingredatur tecum exercitus israel, non enim est dominus cum eis. Quod si putas in robore exercitus bella consistere, superari te faciet dominus ab hostibus. Dei quippe est adiuuare & in fugam vertere. Erigitur cor tuum in superbiam. Sede in domo tua. Cur malum aduersum te prouocas ut cadas.

Cap. xxvi.

Cum requireret Ozias rex iuda deum direxit eum in omnibus.

Cap. xxix.

Dixit Ezechias leuitis. Filij mei nolite negligere. Vos elegit dominus ut stetis coram eo & ministretis ei. Colatis eum & cremetis ei incensum. Letatus est Ezechias & omnis populus, eo quod ministerium domini esset expletum.

Cap. xxx.

Nolite indurare ceruices vestras sicut patres vestri. Seruite domino, & auertetur ira eius a vobis. Pius & clemens est dominus deus vester, & non auertet faciem suam a vobis si reuerfi fueritis ad eum. Surrexerunt sacerdotes benedicentes dominum, peruenitque oratio eorum ad habitaculum sanctum caeli.

Cap. xxxii.

In legatione principum Babylonis qui missi fuerunt ad Ezechiam ut interrogarent eum de portento quod acciderat super terram, dereliquit eum dominus ut tentaretur, & nota fierent omnia quae erant in corde eius.

Cap. xxxiii.

Postquam coangustatus est Manasses, orauit dominum & egit penitentiam valde coram deo & obsecrauit eum intente & exaudiuit eum. Et cognouit Manasses quod dominus ipse esset deus.

Cap. 34.

D. DIONY. A RICK. CART.
Non declinauit Iofias ad dexteram neque ad sinistra
Cap. 35.

Vniuersus Iuda luxerunt Iosyā, Hieremias maxime.
Esdrae I. habet Cap. x. Et tractatur
in eo de reductione populi Israel &
Iuda ex captiuitate Babylonica, & de
instructione populi reducti per Es-
dram legis doctorem.

Caput quintum.



Os sumus serui dei caeli.

Cap. 8.

Erubui ago (scilicet Esdras) petere a re-
ge auxilium & equites qui defenderent
nos, quia dixeramus regi. Manus dei no-
stri est super omnes qui quærent cum in-
bonitate, & imperiū eius & fortitudo eius & furor e-
ius super omnes qui derelinquūt eum.

Manus dei nostri fuit super nos, & liberauit nos de ma-
nu insidiatoris in via.

Cap. 9.

Manus principum & magistratuū fuit in transgres-
sione hac prima.

Deus meus confundor & erubescor leuare faciem meā
ad te, quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt su-
per caput nostrum, & delicta nostra creuerunt vsque
ad cælum.

Cap. 10.

Date confessionem domino deo patrum vestrorum,
& facite placitum eius.

Esdrae. ij, continet Cap. xij. Conscri-
ptus ē a Neemia doctore & duce po-
puli Israel, & agitur in eo de reædifi-
catione muri ciuitatis Hierusalem, &
de correctione malorum subortorū
in absentia Neemie Cap. I

EPI TO. EX NVME.



Vaso domine deus cæli fortis magne atq; terribilis, fiat auris tua auscultans, vt audias orationem serui tui.

Cap. ij.

¶ Quare vultus tuus tristis est, cum te ægrotum non videam? Non est hoc frustra, sed malum nescio, quod in corde tuo est.

¶ Cap. iij.

¶ Deus cæli ipse nos iuuat, & nos serui eius sumus.

¶ Cap. v.

¶ Audi deus noster, quia facti sumus despectui. Quare non in timore dñi dei nostri ambulatis, ne exprobetur nobis a gentibus inimicis nostris. Memento mei deus meus in bonum, scdm omnia quæ feci populo huic.

Legit Esdras aperte in libro legis coram multitudine. Et legerūt in libro distincte & apte ad intelligendū. Dies sanctificatus est domino deo nostro, nolite lugere. Gaudium enim domini est fortitudo vestra.

¶ Cap. ix.

Quater in die & quater in nocte confitebantur Iudæi, & adorabant dominum deum.

Surgite & benedicite domino deo nostro, ab æterno & vsq; in æternum. Et dixit Esdras. Tu ipse domine solus tu fecisti cælum & cælum cælorum & omnem exercitum eorum, & exercitus cæli te adorat.

¶ Cap. xij.

Memento mei deus meus, p hoc, & ne deleas miseratōnes meas quas feci in domo dei mei, & in cæremonijs eius, & parce mihi scdm multitudinē miseratōnū tuarū. Memento mei deus meus in bonum.

¶ Tobias habet Cap. XIII. Et narratur in eo Tobia probatio & virtus eius multiplex, ministerium Archangeli Raphaelis, instructio prolis & de honestate matrimonij.

¶ Caput primum.



Tobias cū esset iunior omnibus, nihil puerile gessit in opere.
Monita salutis dabat eis. ¶ Cap. ij.
¶ Non est Thobias contristatus contra dominum quod plaga cæcitat̄is euenerit ei, sed immobilis in dei timore permansit agens gratias deo omnibus diebus vitæ suæ.
Filij sanctorum sumus & vitam illā expectamus quā deus daturus est his qui fidem suam nunquam mutant ab eo.

¶ Cap. iij.

¶ Iustus es domine, & omnia iudicia tua iusta sunt, & omnes viæ tuæ misericordia & veritas, & iudicium.
Ne reminiscaris delicta mea vel parētum meorum. &c.
Et nunc domine secundum voluntatem tuam fac mecum & præcipe in pace recipi spiritum meum.
Expedit enim mori magis quam viuere.
Benedictum est nomen tuum deus patrum nostrorum, quoniam cum iratus fueris, misericordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis his q̄ iuocāt te.
Ad te domine faciem meam conuerto, ad te oculos meos erigo.
Dixit Sara. Nunquam cum ludentibus miscui me, neq̄ cum his qui in leuitate ambulant participem me p̄but.
Hoc pro certo habet omnis qui colit te domine, quia vita eius si in probatione fuerit coronabitur.
Si autem in tribulatione fuerit liberabitur, & si in correptione fuerit, ad misericordiam peruenire licebit.
Non delectaris in perditionibus nostris, quia post tempestatem tranquillum facis, & post fletum exultationem infundis.

¶ Cap. iiij.

Memor esse debes quæ & quāta pericula sit passa propter te mater tua in vtero suo.
Omnibus diebus vitæ tuæ deum in mente habeto, &

EPITOME EX TOBIA.

cave ne aliquando peccato consentias.

Noli auertere faciem tuam ab vilo paupere, ita enim fiet, vt nec a te auertatur facies domini.

Quomodo potueris, ita esto misericors. &c.

Superbiam nunquam in tuo sensu aut in tuo vbo dominari permittas. In ipsa enim initium sumpsit omnis perditio.

Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne aliquando alij facias.

Consilium semper a sapiente perquire.

Omni tempore benedic deo, & pete ab eo vt viam tuam dirigat.

Noli timere fili mi. Pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebim⁹ si timuerim⁹ deum. &c.

¶ Cap. v.

Gaudium tibi semper sit, fortique animo esto, i proximo est vt a deo cureris.

Tobias ait. Bene ambuletis, & sit dominus in itinere vestro & angelus eius comitetur vobiscum.

Baculum senectutis nostræ tulisti.

¶ Cap. ix.

Si me ipsum tibi tradam seruum, non ero condignus prouidentæ tuæ.

¶ Cap. x.

Heu me fili mi lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nræ, solatiū vitæ nostræ, spem posteritatis nostræ. &c.

¶ Cap. xi.

Benedico te domine deus Israel, quoniam tu castigasti me & tu sanasti me.

¶ Cap. xii.

Benedicite deum cæli, & coram omnibus viuentibus confitemini illi, quia fecit vobiscum misericordiã suã Sacramentum regis abscondere bonum est, opera autem dei reuelare & confiteri honorificum est.

Bona est oratio cum ieiunio & elemosyna. &c.

Qui autem faciunt iniquitatem & peccatum, hostes sunt animæ suæ.

D. DIONY. A RICK. CART.
Quia acceptus eras deo, necesse fuit vt tentatio probaret te.

Dixit Raphael angelus. Ego sum Raphael angelus vnus ex septem qui astamus ante deum. Et cum videbar vobiscum manducare & bibere, sed ego cibo & potu inuisibili vtor.

¶ Cap. xiiij.

¶ Magnus es domine in æternum, & in omnia secula regnum tuum, quoniam tu flagellas & saluas, & nō est qui effugiat manum tuam.

Ipsē castigauit nos propter iniquitates nostras, & ipse saluabit nos propter misericordiam suam.

Conuertimini itaque peccatores & facite iusticiam coram deo, credentes quod faciat vobiscum misericordiam suam.

Ego autem & anima mea in deo letabimur.

Iudith complectitur Cap. XVI. In quo agitur de missione Holofernis ad regna occidentis & terræ Iudææ. De honestate & probitate Iudith, de interfectione Holofernis & liberatione populi Israel.

Caput. VI



Domine deus cæli & terræ intuere superbiam eorum & respice ad nostram humilitatem, & faciem sanctorum tuorum attende, & ostende quia non derelinquis præsumentes de te, & de se & sua potentia gloriantes humilias.

¶ Cap. viij.

¶ In superioribus domus suæ fecit sibi Iudith cubiculum secretum in quo cum puellis suis clausa moraba-

EPITO. EX IVD.

tur, & habens super lumbos suos cilicium ieiunabat
quotidie præter sabbata & Neomenias & festa domus
Israel.

Qui estis vos qui tentatis dominum. Non est iste ser-
mo qui misericordiam prouocet, sed qui iram excitet.
Posuistis vos tempus miserationis domini.

Humiliemus illi animas nostras, & in spiritu contrito
& humiliato seruiamus illi. Expectemus humiles con-
solatione in eius.

Memore esse debent quomodo pater noster Abraham
tentatus est, & per multas tribulationes probatus, dei
amicus effectus est.

Sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses, & omnes qui pla-
cuerunt deo per multas tribulationes transierunt fi-
deles.

Illi autem q̄ tentationes non susceperunt in timore do-
mini & in patientia sua exterminati sunt

Et nos ergo non vleiscamur nos pro his quæ patimur
sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa supplicia mi-
nora esse, flagella domini quasi serui, qui corripimur ad
emendationem & non ad perditionem nostram euenis-
se credamus.

Non enim quasi homo sic deus comminabitur, ne-
que sicut filius hominis ad iracundiam inflammabi-
tur.

¶ Cap. ix.

¶ Deus cælorum, creator aquarum & dominus totius
creaturæ, exaudi me miseram deprecantem & de tua
misericordia præsumentem.

¶ Cap. xij.

¶ Quicquid autem illi placuerit, hoc mihi erit optimū
omnibus diebus vitæ meæ.

¶ Cap. xij.

¶ Laudate dominum deum nostrum qui non deseruit
sperantes in se, & in me adimpluit misericordiam
suam.

¶ Cap. v.

D. DIONY. A RICK. CART.
Benedixerunt Iudith dicentes. Tu gloria Hierusalem
tu leticia Israel, tu honorificentia populi nostri, quia fe-
cisti viriliter eo quod castitatem amaueris.

Cap. 16.

Adonai domine magnus es tu, & praeclarus in virtu-
te, tibi seruiat omnis creatura. Qui autem timent tema-
gni erunt apud te.

Dominus omnipotens iudicabit in eis, in die iudicii vi-
sitabit illos. Dabit enim ignem, & vermes in carnem eo-
rum, & ut vrantur & sentiant vsq; in sempiternum.

Hester habet Cap. XVII. Et agitur
in eo de crudelitate Aman & eius su-
pensione procurata per prouiden-
tiam, & humilitatem Hester: & de ex-
altatione Mardochei & liberatione
Iudaeorum.

Caput. II.



Rat Hester formosa valde & incredibili
pulchritudine omnium oculis gratiosa
& amabilis videbatur.

Et adamauit eam rex plus quam omnes
mulieres.

Cap. xiiij.

Domine deus rex omni potens in ditio-
ne tua cuncta sunt posita, & non est qui possit resistere
tua voluntati. Si decreueris saluare nos, continuo li-
berabimur. Tu enim fecisti caelum & terram, & quic-
quid caeli ambitu continetur.

Ne despicias partem tuam, et ne claudas ora canenti-
um te.

¶ Cap. xiiij

Oravit Hester. Domine mi rex, adiuua me solitariam
cuius propter te nullus alius auxiliator est. Tu scis quod abo-
miner signum superbiae & gloriae meae quod est super ca-
put meum quasi primum menstruatae, et non portem
illud in diebus silentij mei.

152

EPI TO. EX IOB

Cap. xv.

Valde mirabilis es domine, et facies tua plena est gratiarum.

Iob continet Cap. XL. Et agitur in eo de beati Iob patientia & perfectione, ac disputatione quam habuit cum amicis: de providentia diuina, corporisque resurrectione.

Caput. I.



Rat Iob vir simplex et rectus ac timens deum, et recedens a malo.

Nudus egressus sum de utero matris meae, nudus reuertar illuc
Dominus dedit dñs abstulit, sicut dñs placuit ita factum est, Sit nomen domini benedictum.

¶ Cap. ij:

¶ Pellem pro pelle & cuncta quae habet homo dabit pro anima sua.

Si bona suscepimus de manu domini, mala cur non sustineamus.

In omnibus his non peccauit Iob labijs suis.

¶ Cap. iij.

¶ Maledixit Iob diei suo & loquutus est. Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est conceptus est homo.

Antequam comedam suspiro, & quasi inundantis aquae sic rugitus meus.

¶ Cap. iiij.

¶ Conceptum sermonem tenere quis poterit? Venit super te plaga & defecisti, tetigit te, & conturbatus es, Vbi est timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum?

Recordare obsecro te, quis unquam innocens perijt, quin potius vidi iniquos domino fiante perisse.

D. DION. A ARICK. CART.

Nunquid homo dei cōparatione iustificabitur?
Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem, quantomagis hi qui habitant domos luteas consumentur velut a tinea.

¶ Cap. v.

¶ Ad aliquem sanctorum conuertere.
In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non videbis malum.

Virum stultum interficit iracundia, & paruulum occidit inuidia

Nihil in terra sine causa fit.

Homo ad laborem nascitur, & auis ad volatum.

Ad deum meum ponam eloquium meum, qui facit magna & inscrutabilia, & mirabilia absque numero.

Qui ponit humiles in sublimi, et mœrentes erigit sospitate. Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & cōsiliū prauorum dissipat.

Beatus homo qui corripitur a domino. In reprobatione ergo domini ne reprobes, quia ipse vulnerat & medetur, percutit, & manus eius sanabunt.

¶ Cap. vi.

Animæ esurienti etiam amara dulcia esse videntur
Sagittæ domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum, & terrores domini militant contra me.

Ecce non est auxilium mihi in me.

Qui tollit ab amico misericordiam, timorem domini derelinquit.

Quis mihi det vt veniat petitio mea, & quod expecto tribuat mihi deus?

Respondete obsecro absque contentione. &c.

Nec personabit in faucibus meis stultitia.

¶ Cap. vii.

Militia est vita hominis sup terram, & sicut dies mercenarij dies eius.

Dies mei velocius trasierunt quam a texente tela. &c.

Memento mei domine, quia ventus est vitamea. &c.

Sicut consumitur nubes & pertransit, sic g descendit

EPITOME EX LIB. IOB

ad inferos non ascendet.

Loquar in tribulatione spiritus mei, confabulabor
cum amaritudine animæ meæ.

Elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea.

Parce mihi domine nihil enim sunt dies mei. Quid est
homo quia magnificas eum. &c.

¶ Cap. viij.

Nunquid deus supplantat iudicium, & omnipotens
subuertit quod iustum est?

Tu si diluculo cōsurrexeris ad deum, & omnipotentē
fueris deprecatus. si mundus & rectus incesseris statim
eugilabit ad te.

Hesterni quippe sumus, & ignoramus quoniam sicut
ymbra dies nostri sunt super terram.

Spes hypocritæ peribit.

Deus non proijcet simplicem, nec porriget manum
malignis.

¶ Cap. ix.

Nō iustificabitur homo compositus deo, & si vo-
luerit cum eo contendere, non poterit respondere vnū
pro mille. Sapiens corde est, & fortis robore.

Quis restitit ei & habuit pacem? Qui transtulit mon-
tes & nescierunt hi quos subuertit.

Qui commouet terram de loco suo, & columnæ eius
concursetur.

Qui præcipit soli & non oritur, & stellas claudit quasi
sub signaculo.

Qui extendit cælos solus, & gradit super fluctus ma-
ris

Si venerit ad me non videbo eum, & si recesserit a me
non intelligam.

Deus cuius iræ resistere nemo potest, sub quo curuan-
tur qui portant orbem.

Quantus ergo sum ego vt respondeam ei, & loquar
verbis meis cum eo.

Etiā si habuero quippiā iustū nō respondebo ei, sed vt
meum iudicē deprecabor. Si iustificare me voluerō,
os meum condemnabit me.

D. DIONY. A RICK. CART.

Eriam si simplex fuero , hoc ipsum ignorabit anima mea.

Terra data est in manus impij.

Dies mei velociores fuerunt cursore , ptransierunt quasi naues poma portantes .

Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti

Auferat a me virgam suam , & furor eius non me terreat.

Neque enim possum metuens respōdere.

¶ Cap . x.

¶ Tædet animam meam vitæ meæ dimittam aduersum me, &c.

Manus tuæ fecerunt me & plasmauerunt me totū, &c.

Scio domine quia vniuersorum memineras.

Si iustus fuero, non leuabo caput

Quare de vulua eduxisti me qui vtinam consumptus essem, &c.

Dimitte ergo me vt plangam paululum dolorem meum, &c.

¶ Cap . xi.

¶ Nunquid qui multa loquitur non audiet, aut vir verbosus iustificabitur

Vtinam deus ostenderet tibi secreta sapientiæ suæ, & quod multiplex esset lex eius, vt intelligeres quod multo minora exigaris ab eo, quā mereatur iniquitas tua. Forsitan vestigia dei comprehendes, & vsque ad perfectum omnipotentem reperies .

Excelsior cælo est, & qd factes? Profundior inferno, & vnde cognosces? Longior terra mensura eius, & latior mari.

Si subuerterit omnia vel in vnum coartauerit, quis cōtradictet ei .

Ipsē (scilicet deus) nouit hominum vanitatem, & vidēs iniquitatem nonne considerat?

Vir vanus in superbiam erigitur , & tanquam pullum onagri se liberum natum putat

Oculi impiorum deficient, & effugium peribit ab eis

EPITO. EX LIB. IOB

& spes illorum abominatio erit.

Cap. xi.

Qui deridetur ab amico suo, inuocabit deum & exaudiet eum.

Deridetur iusti simplicitas.

Quis ignorat, quod omnia hæc manus domini fecerit?
In cuius manu anima omnis uiuentis, & spiritus uniuersæ carnis hominis.

Nonne auris vba diiudicat, & fauces comedētis saporē
Inantiq; est sapientia, & in multo tpe prudentia.

Si continuerit aquas omnia siccabuntur, si emisit eas
subuertent terram.

Ipsè nouit decipientem & eum qui decipitur.

Qui (scilicet deus) reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem.

Qui immutat cor principum terræ

Cap. 13.

Ad omnipotentem loquar, & cū deo disputare cupio
Vtinam taceretis, vt putaremini esse sapientes.

Audite correctiones meas, & iudicium labiorum meo-
rum attendite.

Nunquid deus indiget vestro mendacio, vt pro illo lo-
quamini dolos?

Nunquid deus decipietur vestris fraudulentijis, ipse ar-
guet vos & statim turbabit vos.

Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo.

Vias meas in conspectu eius arguam, & ipse erit salua-
tor meus.

Nō veniet in conspectu eius omnis hypocrita.

Quantas habeo iniquitates & peccata, scelera, &c.

Cap. 14.

Homo natus de muliere breui viuens tempore, &c.

Numerus mensium eius apud te est. Constituisi termi-
nos eius, qui præteriri non poterunt.

Quis mihi tribuat vt in inferno protegas me, &c.

Cunctis diebus quibus nunc milito expecto donec ve-
niat.

Tu quidem gressus meos dinumerasti, &c.

V

D. DIONYSI A R I C K. C A R.

Signasti quasi in sacco delicta mea.

Lapides excuant aquæ, & alluione paulatim terra consumitur.

¶ Cap. xv.

Nunquid sapiens respondebit quasi in ventum loquens
& implebit ardore stomachum suum.

Loqueris quod tibi non expedit.

Quantum in te est euacuasti timorem.

Os tuum condemnabit te & non ego, & labia tua respondebunt tibi.

Nunquid grande est vt consoletur te deus, sed verba tua praua hoc prohibent.

Quid te eleuat cor tuum, & quasi magna cogitans attonitos habes oculos? Quid timet contra deum spiritus tuus? Quid est homo vt immaculatus sit, & iustus appareat natus de muliere.

Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis, & cæli non sunt mundi in conspectu eius. Quantomagis abominabilis & inutilis homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem.

Cunctis diebus suis impius superbit.

Sonitus terroris semper in auribus impij, et cum pax fit ille semper infidias suspicatur.

Angustia vallabit impium sicut regem qui paratur ad prælium.

Tetendit contra deum manum suam.

Non credat frustra quod aliquo precio redimendus sit antequam dies eius impleantur peribit.

¶ Cap. xvi.

Consolutores onerosi omnes vos.

Hofis meus terribilibus oculis me intuitus est. &c.

(Ista de Christi passione optime accipi possunt, quia & Iob figura extitit Christi.)

Ego ille quondam opulentus repente contritus sum.

Ecce in cælo est testis meus, & conscius meus in excelsis.

Semitam per quam r.ō reuertar ambulo.

¶ Cap. xxv ij.

EPITOM. EX PRO.

Spiritus meus attenuabit, dies mei breuiabuntur. &c.
Cor eorum longe fecisti a disciplina, propterea non exaltabuntur.

Tenebit iustus viam suam, & mundis manibus addet fortitudinem.

In profundissimum inferni descendent omnia mea.

¶ Cap. xvij.

Intellige prius, & sic loquamur.

Quid perdis animam tuam in furore tuo?

Lux impij extinguetur, & precipitabit eum consilium suum.

¶ Cap. xix.

¶ Irat⁹ est contra me furor dñi, & sic me habuit quasi hostem.

Quem maxime diligebam, auersatus est me.

Pelli meae consumptis carnibus adhaesit os meum.

Scio enim quod redemptor meus, viuit.

¶ Cap. xx.

Cogitationes meae variae succedunt sibi, & mens in diuersa rapitur.

Doctrinam qua me arguis audiam.

Laus impiorum breuis est, & gaudium hypocritae ad instar puncti.

Si ascenderit ad caelum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi in sterquilinum in fine perdetur.

Velut somnium auolans non inuenietur, transiet quasi visio nocturna.

Luet quae fecit omnia, nec tamen consumetur, iuxta multitudinem adinventionum suarum, sic & sustinebit. (Nota haec sunt verba Sophar Naamathites in quibus vitam fatetur post hanc vitam.)

Reuelabit caeli iniquitatem eius, & terra aduersus eum consurget &c. Haec est pars hominis impij a deo.

¶ Cap. xxi.

Audite quæso sermones meos, & agite penitentiam.

Nunquid contra hominem disputatio mea est, ut merito non debeam contristari?

Quare ergo impij viuunt, subleuati sunt confortatique diuitijs? Semen eorum permanet coram eis, & non est super vos virga dei, Ducunt in bonis dies suos, & in

D. DIONY. A R I C K. C A R T.
puncto ad inferna descendunt. Qui dixerunt deo re-
cede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Quo-
rum consilium longe sit a me. In diem perditionis ser-
uatur malus, & ad diem furoris ducetur, & de furo-
re omnipotentis bibet.

¶ Cap. xxij.

Nunquid deo comparari potest homo, etiam cum per-
fectæ fuerit scientiæ?

Quid prodest deo si iustus fueris, aut quid ei confers,
si immaculata fuerit vita tua?

Propter maliciam tuam circumdatus es laqueis, con-
turbat te formido subita.

An cogitas quod deus excelsior cælo sit, nec nostra cõ-
siderat, & circa cardines cæli perambulat.

Semitam seculorum calcauerunt viri iniqui, qui ante te-
pus suum sublatisunt. Videbunt iusti & lætabuntur,
& innocens subsannabit eos.

Acquiesce deo & habeto pacem, & per hoc habebis fru-
ctus optimos.

Erit omnipotens contra hostes tuos. Tunc super om-
nipotentem delitijs afflues, & eleuabis ad deum faciem
tuam.

Qui humiliatus fuerit erit in gloria, & saluabitur inno-
cens. Saluabitur autem mundicia manuum suarum.

¶ Cap. xxij.

Quis mihi tribuat vt agnoscam & videam illum, & ve-
niam vsque ad solium eius?

Nolo multa fortitudine contendat mecum, & magni-
tudinis suæ mole me premat.

Si ad orientem iero non apparet, & si ad occidentem nõ
intelligam eum.

Deus scit viam meam, & probauit me quasi aurum quod
per ignem transit.

Vestigia eius sequutus est pes meus.

Deus solus est, & cogitationem eius nemo auertere po-
test, & anima eius quodcunque voluit fecit

Itcirco a facie eius turbatus sum, & considerans eum
timore sollicitor.

E P I T O M . E X I O B

Deus emollit cor meum & omnipotēs conturbauit me.

¶ Cap. xxv.

Ab omnipotente non sunt abscondita tempora.

Deus inultam abire non patitur.

Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierunt vias eius (scilicet dei). Ad nimium calorem transeat ab aquis niuiū.

Obluiscatur eius misericordia, & dulcedo illius ymis.

Dedit illi deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in superbiam.

¶ Cap. xxv.

Potestas & terror apud ipsum est, qui facit concordiam in sublimibus suis.

Nunquid est numerus militum eius, & super quem nō surgit lumen ipsius. Ecce etiam luna non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius.

Quantomagis homo putredo, & filius hominis vermis?

¶ Cap. xxvi.

Qui extendit aquilonem super vacuum, & appēdit terram super nihil.

Qui ligat aquas in nubibus suis, vt non erumpant pariter deorsum.

Terminū circundedit aquis, vsq; dum finiant lux & tenebrę.

Columnæ cæli contremiscunt & pauent ad nutum ipsius.

In fortitudine illius repente maria congregata sunt, & prudentia eius percussit superbum.

Spiritus eius ornauit cælos, & obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus.

Ecce hæc ex parte dicta sunt viarum eius. Et cum vix paruam stillam sermonum eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri?

¶ Cap. xxvij.

Donec deficiam nō recedā ab innocētia mea. Iustificatio nem meā quam cœpi tenere nō deserā.

Neq; enim reprehēdit me cor meū in omni vita mea.

Nunquid deus audiet vocem hypocritæ, cum venerit super eū angustia, aut poterit ī omnipotēte delectari?

Quid sine cā vana loqmini? Diues cū dormierit nihil secum auferet. Apprehendet eum quasi aqua inopia.

¶ Cap. xxviii.

D. DIONYSI A RICK. CART.
Sapientia vero ubi inuenitur, & quis est locus intelligentiæ.

Nescit homo precium eius, nec inuenitur in terra suauiter uiuentium. Non dabitur aurum obryzum pro ea. Non conferetur tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi sardonico preciosissimo vel saphyro.

Trahitur autem sapientia de occultis.

Lapis solutus calore in æs vertitur.

Perditio & mors dixerunt, auribus nostris audiuius famam eius.

Ecce timor domini ipsa est sapientia, & recedere a malo intelligentia.

Tempus posuit tenebris, & uniuersorum finem ipse considerat, & omnia quæ sub cælo sunt respicit.

¶ Cap. 29.

¶ Quis mihi det ut sim iuxta dies pristinos, quibus deus custodiebat me. Quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam.

Oculus fui cæco, & pes claudus. Pater eram pauperis, & causam quam ignorabam, diligentissime inuestigabam. Si ridebam ad eos, non credebant.

Cum sederem quasi rex circumstante exercitu, erant tamen merentium consolator.

¶ Cap. 30.

¶ Nunc autem in memetipso marcescit anima mea, & c. Clamo ad te & non exaudis me. Sto & non respicis me. Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduersaris mihi.

Scio quia morti trades me ubi constituta est domus omni uiuenti.

Flebam quondam super eo quod afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi.

Expectabam bona & uenerunt mihi mala, præstolabar lucem, & eruperunt tenebræ.

¶ Cap. 31.

¶ Pepigi fœdus cum oculis meis, ne cogitarẽ quid de uirgine. Nonne deus considerat uias meas, & cunctos gressus meos dinumerat.

EPITO. EX LIB. IOB.

Si contempsi subire iudicium cum seruo meo & ancilla mea, &c.

Quid faciam cum surrexerit ad iudicandum deus, & cū quæserit quid respondebo illi. Nunquid non in vtero fecit me qui & illum (s. pauperem vel seruum.)

Ab infantia mea creuit mecum miseratio

Semper enim quasi tumentes fluctus super me, timui deum, & pondus eius ferre non potui.

Si putavi aurum robur meum, & obryzo dixi, fiducia mea. Si lætatus sum super diuitijs meis multis.

Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat, & exultavi quod inuenisset eum malum.

Si abscondi quasi homo peccatum meum, & celavi in sinu meo iniquitatem meam.

Quis mihi tribuat, vt desyderium meum audiat omnipetens.

¶ Cap. 32.

Iunior sum tempore, iccirco demisso capite verit⁹ sum indicare vobis scientiam meam.

Sed vt video spiritus est in homine, & inspiratio omni potentis dat intelligentiam

Plenus sum sermonib. & coartat me spiritus vteri mei. Non accipiam psonam viri, & deum hoī non æquabo.

Nescio q̄ diu subsistam, & si post modicum tollat me factor meus.

¶ Cap. 33.

Simplici corde meo sermones mei, & sententiam purā labia mea loquentur.

Spiritus dei fecit me, & spiraculum omnipotentis viui ficauit me. Ecce me sicut & te fecit deus, & de eodem luto formatus sum.

Semel loquitur deus, & secundo idipm non repetit.

Per somnium in visione nocturna aperit aures viros.

Peccaui & vere deliqui, & vt eram dignus non recepi.

¶ Cap. 34.

¶ Audite sapientes verba mea, & viri crudiri auscultate me.

Iudiciū eligamus & inter nos vidcamus qd sit melius.

Ideo viri cordati audite me.

Absit a deo impietas, & ab omnipotente Iniquitas.

D. DIONY. A RICK. CART.

Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum
& restituet eis.

Quem enim constituit alium super terram, aut quem
posuit super orbem quem fabricatus est?

Si direxerit homo ad deum cor suum, spiritum illius &
flatum ad se trahet.

Nunquid qui non amat iudicium sanari potest?

Deo concedente pacem, quis est qui condemnet

Qui regnare facit hominem hypocritam propter pec-
cata populi.

Pater mi ne desinas ab homine iniquitatis, qui addit
super peccata sua blasphemiam.

Cap. 35.

Si peccaueris quid ei nocebis, porro si iuste egeris quid
donabis ei?

Homini qui similis est tui nocebit impietas tua, & fi-
lium hominis adiuuabit iusticia tua.

Non dixit ubi est deus qui fecit me, qui dedit carmina
in nocte, qui docet nos super iumenta terrae, & super
volucres caeli erudit nos.

Omni potens causas singulorum intuebitur.

Cap. 36.

Deus potentes non abiicit cum & ipse sit potens

Simulatores & callidi prouocant iram dei

Ecce deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei simi-
lis in legislatoribus. Quis poterit scutari vias eius aut
quis ei dicere potest, operatus es inique?

Non te ergo superet ira ut aliquem opprimas, nec mul-
tudo donorum inebriet te.

Omnes homines vident deum, vnusquisque intuetur
procul. Ecce deus magnus vincens scientiam nostram.

Cap. 37.

Nunquid scis quando praeceperit deus pluuijs, ut osten-
derent lucem nubium eius?

Tu forsitan cum eo fabricatus es caelos, qui solidissimi
quasi aere fusi sunt.

Nos quippe inuoluimur tenebris.

Ab aquilone auge venit, & a deo formidolosa laudatio

E P I T O. E X L I B. I O B

Digne eum inuenire non possumus.

Magnus fortitudine & iudicio & iusticia, & enarrari non potest. Ideo timebunt eum viri, & non audebunt contemplari omnes qui sibi videntur esse sapientes.

¶ Cap. 38

Quis est iste inuoluens sententias sermonib. imperitis
Accinge sicut vir lumbos tuos.

Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ. Indica mihi si habes intelligentiam, quis posuit mensuras eius, vel quis retendit super eam lineam? Super quo bases eius solidatæ sunt?

Cum me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes filij dei.

Quis conclusit ostijs mare, quando erumpebat quasi de vulua procedens? Cum ponerem nubem vestimentum eius, & caligine illud quasi pannis infantia inuoluerem? Circumdedi illud terminis, & posui vinctes & ostia & dixi. Hucusq; venies & non procedes amplius, & hic cõfringes, tumentes fluctus tuos.

Nunquid coniungere valebis micantes stellas pleiades aut gyrum arcturi poteris dissipare?

Nunquid nosti ordinem cæli, aut pones rationem eius in terra?

Quis posuit in visceribus hominis sapietiam, aut quis dedit gallo intelligentiam?

Quis enarrabit cælorum rationem, & concentum cæli dormire quis faciet?

Quis præparat coruo escam, quando pulli eius clamant ad deum, vagientes eo quod non habeant cibos?

¶ Cap. 39.

¶ Dixit dominus ad Iob. Nunquid qui contendit cū deo, tam facile conquiescet? Vtique qui arguit deum, debet & respondere ei.

¶ Cap. 40.

¶ Fortitudo eius in lumbis eius, & virtus illius in umbilico ventris eius

I pse est principium viarum dei. Qui fecit cum applicabit gadium eius.

D. DIONYS. A RICK. CART.
Sub umbra dormit in secreto calami, in locis humētib.
Ecce absorbebit fluuium & non mirabitur, & habet fi-
duciam quod insuat Iordanis in os eius.

¶ Cap. 41.

Quis resistere potest vultui meo? Omnia quæ sub cælo
sunt mea sunt.

Non parcam ei verbis potentibus, & ad deprecandum
compositis.

Cor eius quasi lapis induratur.

Cum sublatus fuerit timebunt angeli, & territi purga-
buntur.

Non est super terram potestas quæ comparetur ei, q̄ fa-
ctus est vt nullum timeret. Omne sublime videt

Ipse est rex super vniuersos filios superbiæ.

¶ Cap. 42.

Scio domine quia omnia potes, & nulla te cogitatio
latet.

Ideo insipienter loquutus sum, et quæ ultra modum ex-
cederent scientiam meam.

Auditu auris audiuit te, nunc aut̄ oculus meus videt te.
Itcirco ipse me reprehendo, et ago pœnitentiam in fa-
milla et cinere.

Addidit dominus omnia quæ fuerant Iob duplicia.
Vocauit Iob nomen vnius filiæ, diem, et nomen secun-
dæ Cassiam, et nomen terciæ Cornustib⁹. Non sunt in
uëræ mulieres speciosæ sicut filiæ Iob in vniuersa terra
Vixit aut̄ Iob post hæc centū quadraginta annis, et vi-
dit filios, et filios filiorū suorū, vsq; ad quartam gñatio-
nem, et mortuus est senex et plenus dierum.

Salomonis Prouerbia continēt Cap.
XXXI. Et agitur in eis de instructi-
one & disciplina incipientium seruit-
re deo: & de correctione morum, in-
formationeque virtutum.

Caput. I.

EPITO. EX PROV.

Audiens sapiens sapientior erit, & intelligens gubernacula possidebit.

Timor domini principium sapientiæ.

Sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt

Audi fili mi disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, ut addatur gratia capiti tuo

Fili mi si te lætauerint peccatores, ne acquiescas eis.

Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum.

Sapientia foris prædicat, in plateis vocem suam.

Vsquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea quæ sibi nociua sunt cupient? & imprudentes odibunt scientiam?

Conuertimini ad correptionem meam. En proferam vobis spiritum meum.

Quia vocaui & renuistis, despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis.

Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo cum vobis quod timebatis aduenerit. Cum irruerit repentina calamitas.

Tunc inuocabunt me, & non exaudiam, mane consurgent, & non inuenient me, eo quod exosam habuerint disciplinam, & timorem domini non susceperint

Non inuenient me dicit dominus, eo quod exosam habuerint disciplinam, & detraxerint correctioni meæ.

Auersio paruulorum interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet eos. Qui autem me audierit absque terrore quiescet

¶ Cap. 2.

¶ Si sapientiam inuocaueris & quæseris eam quasi pecuniam, tunc intelliges timorem domini, & scientiam dei inuenies.

Dominus dat sapientiam, & ex ore eius prudentia & scientia.

Sapientia proteget gradientes simpliciter.

Si intrauerit sapientia cor tuum, consilium custodit te.

Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas.

Lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis.

D. DIONY. A RICK. CAR.

Qui enim recti sunt habitabunt in terra, & simplices
permanebunt in ea. ¶ Cap. 3

Misericordia & veritas non te deserāt, & inuenies gra-
tiam coram deo & hominibus.

Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo, & ne inni-
taris prudentiæ tuæ.

In omnibus vijs tuis cogita illud, & ipse diriget gres-
sus tuos.

Ne sis sapiens apud te ipsum.

Honora dominū de tua substantia, & de primitijs fru-
gum tuarum.

Disciplinam dominī fili mi ne abiciās, & ne deficiās
cum ab eo corripēris. Quem enim diligit dominus cor-
ripit, & quasi pater in filio complacet sibi.

Beatus homo qui inuenit sapientiam, & qui affluit pru-
dentia. Melior est acquisitio eius, negotiatione auri &
argēti, Primi & purissimi fructus eius (scilicet sapientiæ)
Prectosior est cunctis opibus sapientia, & omnia quæ
desyderantur huic non valent comparari. Longitudo
dierum in dextera eius, & in sinistra eius diuitiæ &
gloria.

Lignum vitæ est his qui apprehenderint eam, & qui
tenuerint eam beatus. Viæ eius viæ pulchræ, & omnes
semitæ eius pacificæ. Dominus sapientia fundauit ter-
ram, stabiluit cælos prudentia. Sapientia illius erupe-
runt abyssi.

Ne paueas repentino terrore.

Noli prohibere benefacere eum qui potest, si vales & ip-
se benefac.

Non dicas animo tuo vade & reuertere, cras dabo ti-
bi, cum statim dare possis.

Ne moliaris amico tuo malum, cum ille in te habeat fi-
duciam.

Ne emuleris hominem iniustum, nec imiteris vias eius
Abominatio est domino omnis illusor, & cum simpli-
cibus sermotinatio eius.

Illusores ipse deludet, & mansuetis dabit gratiam
Gloriam sapientes possidebunt.

EPITOME EX PRO..

Cap. 4.

Posside sapiētiā, posside prudentiam, & custodiet te:
Arripe sapiētiā & exaltabit te, glorificaberis cum
eam fueris amplexatus. Dabit capiti tuo augmenta
gratiarum, & corona indyta proteget te.

Viam sapiētiæ monstrabo tibi, & currens non habe-
bis offendiculum.

Tene disciplinam, quia illa est vita tua.

Nō delecteris in semitis impiorum.

Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & cres-
cit vsq; ad perfectam diem.

Via impiorum tenebrosa, nesciunt vbi corruunt.

Omni custodia custodi cor tuum, quia ex ipso vita pro-
cedit.

Detrahentia labia procul sint a te.

Palpebræ tuæ præcedāt gressus tuos, & ne declines ad
dexteram, neq; ad sinistram.

Cap. 5.

Fauus distillans labia meretricis, nouissima autem illi-
us amara quasi absynthium.

Ne des alienis honorem tuum, & gressus tuos crudelī
Respicit dominus viam hominis, & omnes gressus illi-
us confyderat.

Iniquitates suæ capient impiū, & funibus peccatorū
suorum constringetur.

Cap. 6.

Fili mi si sponderis pro amico tuo. & c. Illaquiatus
es verbis oris tui. Fac ergo quod dico fili mi & tei-
psum. & c.

Vade ad formicam o piger, & discite semitas eis, & discite
sapiētiā, quæ cum non habeat ducem, parat æstate
cibum sibi & congregat in messe quod comedat.

Vsquequo piger dormies, quando consurges ex som-
no tuo?

Detestatur anima mea eū, qui seminat inter fratres dis-
cordias.

Mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitæ increpā-
tio disciplinæ.

D. DIONY. A RICK. CART.

Cap. 7.

Fili honora deum & valebis, præter eum vero ne ti
mueris alienum.

Serua mandata & legem quasi pupillam oculi tui. Liga
eam in digitis tuis & in tabulis cordis tui scribe eam.
Dic sapientiæ soror mea es, & prudentiam voca amicã.

Cap. 8.

Audite me, quontã de rebus magnis loquuturus sum
& aperientur labia mea vt recta prædicent.

Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea de
testabuntur impium Iusti sunt omnes sermones mei.
Ego sapientia habito in consilio, & eruditjs intersum
cogitationibus.

Tumor domini odit malum.

Per me reges regnant, & legum conditores iusta decer
nunt. Per me principes imperant, & potentes de
cernunt iusticiam.

Arrogantiam & superbiam, & viam prauam, & os bi
lingue detestor.

Ego diligentes me diligo, & qui mane vigilauerit ad
me inueniet me.

Dominus possedit me initio viarum suarum, antequam
quicquã faceret a principio. Ab æterno ordinata

sum &c. Et delitiæ meæ esse cum filijs hominum. Qui
autem oderunt me, diligtunt mortem.

(Nota hæc dicit Salomon de æterna generatione æter
næ & increatæ sapientiæ quæ est filius dei, in quo in
nuitur pluralitas personarum, in simplici diuinitatis
natura.

Cap. 9.

Sapientiæ ædificauit sibi domum. &c.

Si quis est paruulus veniat ad me.

Venite comedite panem meum, & bibite vinum quod
miscui vobis.

Qui erudit derisorem, ipse sibi iniuriam facit.

Noli arguere derisorem ne oderit te.

Argue sapientem & diliget te. Da sapienti occasionem,
& addetur ei sapientia.

EPITOME EX PRO.,

Doce iustum & festinabit accipere.

Principium sapientiæ timor domini, & scientia sat-
torum prudentia.

Aquæ furtivæ dulciores sunt, & panis absconditus sua-
uor.

Cap. 10.

Filius sapiens lætificat patrem, filius vero stultus mo-
sticia est matris suæ.

Manus fortium diuitias parat.

Nil proderunt thesauri impietatis, iusticia vero libe-
rabit a morte.

Qui congregat in messe filius sapiens est.

Benedictio domini super caput iusti.

Memoria iusti cum laudibus.

Qui ambulat simpliciter ambulat confidenter. Qui au-
tem annuit oculo dabit dolorem.

Vena vitæ os iusti. Odium suscitatur rixas, & vni-
uersa delicta operit charitas.

Sapientes abscondunt sapientiam, qui autem increpa-
tionem relinquit errat.

In multiloquio non deerit peccatum, qui autem mode-
ratur labia sua prudentissimus est.

Desyderium suum iustis dabitur.

Non affliget dominus fame animam iusti, & insidias
impiorum subueret.

Quasi tempestas transiens non erit impius, iustus au-
tem quasi fundamentum æternum.

Labia iusti erudiunt plurimos, qui autem indocti sunt
in cordis egestate morientur.

Cap. 11.

Vbi fuerint superbia ibi erit & contumelia, vbi autem
humilitas ibi & sapientia.

Simplicitas iustorum dirigit eos, & supplantatio per-
uersorum vallabit illos.

Iusticia simplicis dirigit viam eius.

In insidijs suis capiuntur iniqui.

Mortuo homine impio, nulla erit vltra spes, & expecta-
tio sollicitorum peribit.

Iustus de angustia liberatus est.

Iusti liberabuntur scientia.

D. DIONY. A RICK. CART.

Qui despicit inimicum suum indigens corde est, vir autem prudens tacebit.

Qui ambulat fraudulenter reuelat arcana, qui autem fidelis est celat amici commissum.

Vbi non est gubernator populus corruet, salus autem vbi multa consilia.

Benefacit animæ suæ vir misericors, qui autem crudelis est, etiam propinquos abiicit.

Impius facit opus instabile.

Abominabile domino cor prauum, & voluntas eius in his qui simpliciter ambulant.

Qui abscondit frumenta maledicetur in populis, benedictio autem super caput vendentium.

Iusti quasi virens solium germinabunt.

Fructus iusti, lignum vitæ. Qui suscipit animas sapiens est.

Si iustus in terra recipit, quātomagis ipius & peccator.

Qui inuestigator malorum est opprimetur ab eis.

Cap. 12.

Qui diligit disciplinam diligit scientiam, qui autem odit increpationes insipiens est.

Non roboratur homo ex inquietate.

Verte impios & non erunt.

Doctrina sua noscitur vir, qui autē vanus & excors est patebit contemptui.

Nouit iustus animas iumentorum suorum, viscera autem impiorum crudelia.

Qui sectatur ocium stultissimus est.

De fructu oris sui vnusquisque replebitur bonis.

Via stulti recta in oculis eius qui autem sapiens est audit consilia.

Fatuus statim indicat iram suam, qui autem dissimulat iniuriam callidus est.

Qui pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium.

Abominatio domino labia mendacia, qui autē fideliter agunt placent domino.

Mœror in corde viri humiliabit illum, & de sermone bono lætificabitur.

EPITO. EX PRO.

Non contristabit iustum quicquid ei acciderit. Homo
versutus celat scientiam. Qui negligit damnum, p-
pter amicum iustus est, iter autem impiorum decipi-
t eos.

Cap. 13.

Qui illusor est, non audit cum corripitur. De fru-
ctu oris sui homo fatutabitur bonis. Qui custo-
dit os suum custodit animam suam, qui autem incon-
sideratus est ad loquendum sentiet mala. Vult &
non vult piger, anima autem operantium impingua-
bitur. Est quasi diues cum nil habeat, & est quasi
pauper cum in multis diuitiis sit. Inter super-
bos semper sunt iurgia, qui autem agunt omnia cum
consilio reguntur sapientia.

Substantia festinata minuetur, quæ autem paulatim
colligitur manu multiplicabitur. Spes quæ dif-
fertur affligit animam. Lignum vitæ desyderi-
um ventens. Doctrina bona dabit gratiam.

Astutus omnia agit cum consilio. Aegestas &
ignominia ei qui deserit disciplinam, qui autem acqui-
escit arguenti glorificabitur.

Qui cum sapientibus graditur sapiens erit.

Qui parit virgæ odit filium suum, qui autem diligit
illum instanter erudit.

Cap. 14.

Ambulans recto itinere & timens deum despicitur ab
eo qui infamæ graditur via.

Stultis illudet peccatum, & inter iustos morabitur gra-
tia. Est via quæ videtur homini iusta, & nouis-
sima eius deducunt ad mortem,

Risus dolore miscbitur, & extrema gaudij luctus oc-
cupat. Innocens credit omni verbo, astutus con-
siderat gressus suos. Sapiens timet & declinat a

malo, stultus transilit & confidit. Impatiens ope-
rabit stulticiam. Vir versutus odiosus est.

Amici diuitum multi. Qui miseretur pauperi bea-
tus erit. In timore domini fiducia fortitudinis.

Timor domini fons vitæ, vt declinet a ruina mortis.

D. DIONY. A RICK. CAR.

Qui patiens est multa gubernatur prudentia, qui autem impatiens est, exaltat stulticiam suam. Vita
carnium sanitas cordis, putredo ossium inuidia.
Qui calumniatur egentem, exprobrat factori suo.
Iusticia eleuat gentem, miseros facit populos peccati.

Cap. 15.

Responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitatur furorem. Os fatuorum ebullit stulticiam.
In omni loco oculi domini contemplantur bonos & malos. Lingua placabilis linguam vitæ, quæ autem immoderata est conteret spiritum. Viti
mæ impiorum abominabiles domino, vota iustorum placabilia. Abominatio est domino via impij, qui sequitur iusticiam diligitur ab eo. Qui odit increpationes morietur. Infernus & perditio coram domino, quantomagis corda filiorum hominum.
Non amat pestilens eum qui se corripit. Cor gau
dens exhilarat faciem, in mœrore animi deicitur spiritus. Secura mens quasi iuge conuiuium.
Melius est parum cum timore domini, quam thesauri magni & insatiabiles. Vir iracundus prouocat rixas, qui paciens est mitigat suscitatas. Iter pigrorum quasi sepes spinarum, via iustorum absque offendiculo. Filius sapiens lætificat patrem.
Stulticia gaudium stulto. Lætatur homo in sententia oris sui, & sermo opportunus est optimus.
Per misericordiam & fidem purgantur peccata; per timorem autem domini daclinat omnis a malo.
Mens iusti meditatatur obedientiam. Longe est dominus ab impijs, & orationes iustorum exaudiet.
Qui abiicit disciplinam despicit animam suam, qui autem acquiescit increpationibus, possessor est cordis.
Gloriam præcedet humilitas.

Cap. 16.

Homini est animum præparare, & domini gubernare linguam. Spirituum ponderator est dominus. Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus, impium quoque ad diem malum. Abomina

EPITO. EX PRO.

tio est domino omnis arrogans. Cum placuerit
 domino viae hominis, inimicos quoque eius conuertet
 ad pacem. Cor hominis disponit viam suam, sed
 dei est dirigere gressus eius. Qui sperat in
 domino beatus est. Dulcis eloquio maiora repe-
 riet. Fauus mellis composita verba, dulcedo ani-
 mae sanitas ossium. Est via quae videtur homi-
 ni recta, & nouissima eius ducunt ad mortem.
 Homo peruersus suscitatur lites, & verbosus separat prin-
 cipes. Qui attonitis oculis cogitat praua, mor-
 dens labia sua perficit malum. Melior est pati-
 ens viro forti, & qui dominatur animo suo expugnato-
 ri urbium. Sortes mittuntur in sinum, sed a do-
 mino temperantur,

Cap. 27.

Melior est buccella sicca cum gaudio, quam domus
 plena victimis cum iurgio. Seruus sapiens domi-
 nabitur stultis filiis. Sicut igne probatur argen-
 tum, & aurum camino, ita corda probat dominus.
 Qui despicit pauperem exprobrat factori eius, & qui in
 ruina laetatur alterius non erit impunitus.
 Gemma gratissima expectatio praestolantis. Qui ce-
 lat delictum quaerit amicitias, qui altero sermone repe-
 tit, separat foederatos. Plus proficit correptio
 apud prudentem, quam centum plagae apud stultum.
 Expediit magis vrsae occurrere raptis foetibus, quam
 fatuo confidenti in stulticia sua.
 Quid prodest stulto habere diuitias, cum sapientiam
 emere non possit? Qui euitat discere incidet ma-
 la. Frater in angustiis comprobatur.
 Animus gaudens aetatem floridam facit, spiritus tri-
 stis extecat ossa. In facie prudentis lucet sapien-
 tia, oculi autem stultorum in finibus terrae,
 Qui moderatur sermones suos doctus & prudens est,
 & pretiosi spiritus vir eruditus.

D. DICNY. A RIC. CAR.
Stultus si tacuerit sapiens reputabitur.

Cap. 18.

Occasiones quærit qui vult recedere ab amico, omni tempore erit execrabilis. Non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris quæ versantur in corde eius. Torrens inundans fons sapientiæ.

Impius cum in profundum venerit peccatorum contemnit. Verba bilinguis quasi simplicia, & ipsa perueniunt vsque ad interiora ventris.

Pigrum deiecit timor. Qui mollis & dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis.

Turris fortissima nomen domini, ad ipsum currit iustus & exaltabitur. Qui prius respondet quam audiat, stultum se esse demonstrat & confusione dignum.

Spiritus ad irascendum facilem quis poterit sustinere? Iustus prior accusator est sui, Frater qui adiuuatur a fratre quasi ciuitas firma. Vir am-

cabilis ad societatem, magis amicus erit quam frater.

Cap. 19.

Vbi non est scientia, animæ non est bonum, & qui festinus est pedibus offendet. Doctrinam viri per patientiam noscitur, & gloria eius iniqua prætergredi.

Sicut fremitus leonis ita & ira regis, & sicut ros super herbam ita & hilaritas eius. Dolor patris filius stultus. Pigredo immitit soporem, & anima dissoluta esuriet.

Qui custodit mandatum custodit animam suam, qui autem negligit viam suam mortificabitur. Homo indigens misericors est. Pestilente flagellato, stultus sapientior erit.

Cap. 20.

Honor est homini qui separat se a contentionibus.

Multi homines misericordes vocantur, virum autem fidelem quis inueniet? Quis potest dicere mundum est cor meum, purus sum a peccato. Noli dil-

ligere somnum, ne te ægestas opprimat.

EPITO. EX PRO.

Et qui reuelat mysteria ne miscearis. Ne dicas reddam malum pro malo, expecta dominum & liberabit te. Quis hominum potest intelligere viam suam. Roboratur clementia thronus regis.

Cap. 21.

Cor regis in manu domini, quo eunque voluerit inclinabit illud. Omnis via viri recta sibi videtur. Facere misericordiam & iudicium magis placet domino quam victimæ. Munus absconditum extinguit iras, & donum in sinu indignationem maximam. Qui custodit os suum & linguam suam, custodit ab angustijs animam suam. Desideria occidunt pigrum. Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra dominum. Equus paratur ad diem belli, dominus autem salutem tribuet.

Cap. 22.

Melius est nomen bonum quam diuitiæ multæ. Proverbium est, adulesceus iuxta viam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea. Qui pronus est ad misericordiam benedicetur. Ence derisorem. & exibat cum eo iurgium, cessabunt que causæ & contumeliæ. Qui diligit cordis mundiciam habebit amicum regem. Stulticia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam. Ecce descripsi eam tripliciter. Noli amicus esse homini iracundo, ne discas semitas eius. Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Vidisti hominem velocem in opere suo, coram regibus stabit.

Cap. 23.

Quando federis vt comedas cum principe diligenter attende quæ posita sunt ante faciem tuam. Prudentiæ tuæ pone modum.

D. DIONY. A RICK. CART.

In auribus sapientium ne loquaris, quia despicient doctrinam eloquij tui. Noli subtrahere a puero disciplinam. Tu virga percutis eum & animam eius de inferno liberabis. Noli vendere sapientiam & doctrinam & intelligentiam. In timore domini esto tota die, quia habebis spem in nouissimo.

Cap. 24.

Vir sapiens fortis est, & vir doctus robustus & validus. Erit salus vbi multa consilia. Erue eos qui ducuntur ad mortem. Qui inspector est cordis ipse intelligit, & seruatorem animæ tuæ nihil fallit, reddetque homini iuxta opera sua. Septies in die cadit iustus & resurgit. Cum ceciderit inimicus tuus ne gaudeas, & in ruina eius non exultet cor tuum. Cum detractoribus ne commiscearis, quoniam repente consurget perditio eorum. Ne dicas quomodo fecit mihi sic faciam ei. Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam hominis stulti. Et ecce totum repleuerant vrticæ, &c. Usquequo piger dormis, &c.

Cap. 25.

Gloria dei est celare verbum, & gloria regum inuestigare sermonem. In loco magnorum ne steteris. Melius est vt dicatur tibi ascende huc quam vt humiliaris. Causam tuam tracta cum amico tuo, & secretum tuum ne reueles extraneo. Accutum in nitro qui cantat carmina corde pessimo. Sicut tineæ vestimento, sic tristitia nocet cordi. Si esurterit inimicus tuus ciba illum, si sitit da ei aquam bibere & dominus reddet tibi. Ventus aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detrahentem. Sicut qui mel comedit multum non est ei bonum, sic qui perscrutator est maiestatis, opprimetur a gloria. Sicut vrbs patens & absque murorum ambitu, ira & vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum.

EPI TOME EX PROV.

¶ Cap. xxvi.

Ne respondeas stulto scđm stultitiam suam, ne efficia-
ris ei similis. Responde stulto secūdum stulticiam su-
am, ne sibi sapiens videatur. Qui imponit stulto silen-
tium iras mitigat. Vidisti hominem sapientem sibi vi-
deri, magis illo spem habebit stultus. Sicut ostium ver-
titur in cardine suo, sic piger in lectulo suo. Susurrone
subtrahito, iurgia conquiescent. Verba susurronis qua
si simplicia, & ipsa perueniunt vsque ad intima vētris.
Qui fodit foueā incidet in eā, & qui voluit lapidē ad
eum reuertetur.

¶ Cap. xxvii.

Ne glorieris in crastinum ignorans quid superuentu-
ra pariat dies. Laudet te alienus & non os tuum, extra-
neus & non labia tua. Ira non habet misericordiam
nec erumpens furor, & impetum concitati spiritus fer-
re quis poterit? Melior est manifesta correptio quā
amor absconditus. Meliora sunt vulnera diligentis,
quam fraudulenta odientis oscula. Sicut avis migrās
de nido suo, sic vir qui reliquit locum suum. Vnguen-
to & varijs odoribus delectat cor, & boni amici confi-
lijs anima dulcoratur. Amicum tuum & amicum p̄ris
tui ne dimiseris. Melior est victnus iuxta quam frater
procul. Quomodo in aquis resplendent vultus, p̄spi-
cientium, sic corda hominum manifesta sunt prudenti-
bus. Infernus & perditio non replebuntur, similiter
& oculi hoim insatiabiles. Quomodo probatur in con-
fatorio argentum, & in fornace aurum, sic probat ho-
mo ore laudantis. Cor rectum inquirat scientiam.
Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges
consydera.

¶ Cap. xxviii.

Fugit impius nemine persequēte, iustus autē q̄si leo con-
fides absque terrore erit. Propter peccata terræ, mul-
ti principes eius. Qui derelinquunt legem laudant
impium. Qui declinat aures suas ne audiat legem, o-
ratio ei⁹ erit execrabil. Regnātib⁹ ī pijs ruinę hominū.

D. DION. A RICK. CART.
Qui abscondit scelera sua non dirigitur, q̄ autem cōfessus fuerit & reliquerit ea misericordiam consequetur. Beatus homo qui semper est pavidus, qui vero mentis est duræ corruet in malum. Qui ambulat simpliciter saluus erit. Vir fidelis multum laudabitur. Qui corripit hominem gratiam postea inueniet apud eum magis quam ille qui per linguæ blandimenta decipit. Qui se iactat, iurgia concitat. Qui confidit in corde suo, stultus est. Qui dat pauperi non indigebit, qui despicit deprecantem sustinebit penuriam. Cum perierint impij, multiplicabuntur iusti.

¶ Cap. xxix.

Virū qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus supueniet interitus. Cum impij sumpserint principatum, gemit populus. Peccantem virum iniquum, inuoluet laqueus, & iustus laudabit atque gaudebit. Impius ignorat scientiam, sapientes auertunt furorem. Vir sapiens si cum stulto contenderit, siue irascatur siue rideat, non inueniet requiem. Viri sanguinum oderunt simplicem. Totum spiritum suum profert stultus, sapiens differt & reseruat in posterum. Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur. Virga atque correctio tribuet sapientiam. Vidisti hominē velocem ad loquendum, stultitia magis speranda est quā illius correctio. Qui delicate a pueritia nutrit seruum suum postea sentiet eum contumacem. Qui ad indignandum facilis est, erit ad peccata procliuor. Superbum sequitur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria. Qui timet hominē cito corruet, qui sperat in domino suoleuabitur. Abominantur iusti virum impium.

¶ Cap. xxx.

Visio quam loquutus est vir cum quo est deus. Stultissimus sum virorum, & sapientia hominum non est mecum. Quis ascendit in cælum atque descendit? Quis conligauit aquas quasi in vestimento? Quis suscitauit omnes terminos terræ. Quod nomen eius, & quod nomen filij eius nō nosti (Nota, hic Salomon t̄git diuinitatē dei patris,

EPITO. EX PROV. SAL.

& vnigeniti filij eius vtrumque ineffabilem & incomprehensibilem.) Omnis sermo dei ignitus, clypeus est omnibus sperantibus in se. Ne addas quicquam verbis illius. Duo rogavi, ne deneges mihi. Vanitatem & verba mendacij longe fac a me. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo necessaria.

Ne accuses seruum ad dominum suum, ne forte maledicat tibi & corruas. Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro. Viam aquilæ in cælo, viam colubri super petram, viam nauis in medio maris, & viam viri in adolescentia sua.

Leo fortissimus bestiarum ad nulli⁹ pauebit occursum.

¶ Cap. xxxi.

Quid dilecte mi, quid dilecte vteri mei, quid dilecte votorum meorum. Nullum secretum est vbi regnat ebrietas. Date vinum mœrentibus, & ficeram his qui amaro sunt animo. Bibant & obliuiscantur doloris sui. Mulierem fortem quis inueniet. &c. Accinxit fortitudine lumbos suos. Manum suam misit ad fortia. Fortitudo & decor iudamentum eius, & ridebit in die nouissimo. Os suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius. Panem octosa non comedit. Fallax gratia & vana est pulchritudo, mulier timens dominum ipsa laudabitur. Laudent eam in portis opera eius.

Ecclesiastes habet capita XII. Et agitur in eo de mundi vanitate, de diuitiarum contemptu, de profectu ambulantium in via dei.

Caput primum

VAnitas vanitatum dixit Ecclesiastes, vanitas vanitatum & omnia vanitas.
Quid habet homo amplius de vniuerso labore suo quo laborat sub sole.

X s

D. DION. A RICK. CART.
Generatio præterit & generatio aduenit, terra uero
in æternum stat. Lustrans uniuersa in circuitu pergit
spiritus, & cæ. Ad locum unde exeunt flumina re-
uertuntur, ut iterum fluant. Cunctæ res difficiles,
non potest eas homo explicare sermone. Quid est
quod fuit? Ipsum quod futurum est. &c. Nihil sub
sole nouum, nec ualet quisquam dicere, ecce hoc reces-
sit. Ego Ecclesiastes fui rex in Hierusalem. Hanc
occupationem pessimam dedit deus filiis hominum.
Vidi cuncta quæ fiunt sub sole, & ecce uniuersa uani-
tas & afflictio spiritus. Peruersi difficile corriguntur,
& stultorum infinitus est numerus. In multa sapien-
tia, multa indignatio, & qui addit scientiam addit do-
lorem.

¶ Cap. ij.

Risum reputaui errorem, & gaudio dixi. Quid fru-
stra deciperis? Quid est inquam homo, ut sequi pos-
sit regem factorem suum? Sapientis oculi in capite ei.
Moritur doctus similiter & indoctus. Cuncti dies hois
doloribus & ærumnis pleni sunt, nec per noctem men-
te requiescit. Homini bono dedit deus sapientiam &
scientiam & læticiam. Peccatori autem afflictionem
& curam superfluam.

¶ Cap. iij.

Oia tempus habet, & suis spatijs transeunt uniuersa sub
sole, Tempus nascendi, tempus moriendi, tempus flendi, tem-
pus ridendi. &c. Cuncta fecit deus bona in tempore suo
& mundum tradidit disputationi hominum ut non in-
ueniat homo quod operatus est deus ab initio usque ad finem.
Fecit deus opera sua ut timeatur. Iustum & impium in-
dicabit dominus. Quis nouit si spiritus filiorum A-
dam ascendat sursum, & spiritus iumentorum descen-
dat deorsum.

¶ Cap. iiij.

Melius est duos simul esse quam unum, habent enim emolimen-
tum societatis sue. Si unus ceciderit ab altero fulciatur.
Vt soli, quia cum ceciderit non habet subleuantem se. Et si
dormierint duo, fouebunt mutuo. Unus quomodo cale-
fiet? Et si quisquam preualuerit contra unum duo resistunt ei.

EPITO. EX ECCLESIASTE
Funiculus triplex difficile rumpitur. Multo meliore est
obedientia, quam stultorum victimæ.

¶ Cap. 5.

¶ Ne temere quid loquaris, neq; cor tuum sit velox ad
proferendum sermonem coram deo. Multas curas sequitur
somnia, & in multis sermonibus inuenietur stulticia.
Si quid vouisti deo, ne moreris reddere. Displicet enim
ei infidelis & stulta promissio. Vbi multa sunt
somnia, plurimæ vanitates & sermones innumeri. Tu
vero deum time. Auarus non implebitur pecunia.
Dulcis est somnus operanti, siue multum siue parum
comedat. Sicut egressus est nudus de utero matris suæ
sic reuertetur, & nihil auferet secum de labore suo. Mi-
serabilis prorsus infirmitas.

¶ Cap. 7.

¶ Quid necesse est maiora se querere, cum ignoret quod
conducat sibi in vita sua. Melius est nomen bonum quam
unguenta preciosa, & dies mortis die natiuitatis.
Melius est ire ad domum luctus quam ad domum con-
uiuij. In illa enim finis cunctorum admonetur hominum,
& viuens cogitat quid futurum sit. Melior est ira ri-
su, quia per tristitiam vultus, corrigitur animus de-
liquentis. Cor sapientium ubi tristitia est, & cor stul-
torum ubi leticia. Sicut fontus spinarum ardentium sub
olla, sic risus stulti. Ne sis velox ad irascendum,
quia ira in sinu stulti requiescit. Considera
opera dei, quod nemo possit corrigere quem ille despe-
xerit. Noli esse iustus multum, neq; plus sapias quam opor-
tet ne obstupescas. Sapientia contortauit sapientem, su-
per decem principes ciuitatis. Non est homo super ter-
ram, qui faciat bonum & non peccet. Cunctis sermo-
nibus qui dicuntur ne accommodes cor tuum. Fecit de-
us hominem rectum, & ipse se infinitis miscuit questionibus.

¶ Cap. 8.

¶ Sapientia hominis lucet in vultu eius. Tempus & ratione cor
sapientis intelligit. Non est in hominis ditione prohibere spiritum
Etenim quia non cito profert contra malos iudicium,
absque villo timore filij hominum perpetrant mala.

D. DIONYSI A RICK. CART.
Peccator ex eo quod centies facit malum, & per patientiam sustentatur, ego cognoui quod erit bonum timens deum, qui verentur faciem eius. Non sit bonum impio, nec prolongentur dies eius, sed quasi umbra transeant qui non timent faciem domini. Sunt iusti quibus mala proueniunt quasi opera egerint impiorum, & sunt impii qui ita securi sunt quasi iustorum facta habeant. Intellexi quod omnium operum dei, nullam possit homo inuenire rationem.

¶ Cap. 9.

¶ Sunt iusti atque sapientes, & opera eorum in manu dei sunt & tamen nescit homo utrum amore an odio dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta, eo quod uniuersa aequae eueniant iusto & impio, mundo & immundo. Hoc est pessimum inter omnia quae sub sole fiunt, quia eadem cunctis eueniant, unde & corda filiorum hominum implentur malicia & contemptu in uita sua, & post haec ad inferos deducuntur. Omni tempore sint uestimenta tua candida. Quodcumque potest facere manus tua instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos quo tu properas. Nescit homo finem suum sed sicut pisces capiuntur hamo & aues laqueo, sic capiuntur homines tempore malo cum eis extemplo superuenerit. Melior est sapientia fortitudine. Quomodo ergo uerba sapientis non sunt audita, & sapientia pauperis contempta? Verba sapientium audiuntur in silentio. Melior est sapientia quam arma bellica. Qui in uo peccauerit, multa bona perdet.

¶ Cap. 10.

¶ Cor sapientis in dextera eius, & cor stulti in sinistra illius. Stultus omnes stultos aestimat. Qui fodit foueam incidet in eam, & qui dissipat sepe mordebit eum coluber. Si mordeat serpens in silentio nihil eo minus habet qui occulte detrahit. Stultus uerba multiplicat. Vae tibi terra cuius rex puer est, & principes mane comedunt. Beata terra cuius rex nobilis est & cuius principes uescuntur in tempore suo ad refectum.

R. T.
paten
rimen
nū im
a tran
fti qui
orum,
acta ha
lā pos

manu
n odio
rta, eo
mundo
ue sub
corda
ptu in
Omn
ng po
opus,
nferos
ficupl
r ho
nerit.
o ver
is con
o.
in vno

o fini

tepen
lentio
is ver
x prin
lis est
efict

EPIT EX ECCLESIASTE.
endum, & non ad luxuriam. Pecuniæ obediunt omnia.

¶ Cap. ii.

¶ Mitte panem super trāseuntes aquas, quia post multa tempora inuenies illum. Si ceciderit lignum ad austrum aut ad aquilonem, in quocunq; loco ceciderit ibi erit. Qui obseruat ventum non seminat, & q; considerat nubes nunquam metet. Dulce lumen & delectabile est oculis videre solem. Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus lætatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis & dierum multorum, qui cum venerint, vanitatis arguentur præterita.

¶ Cap. 12.

¶ Adolescentia & voluptas vana sunt. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis tuæ, & appropinquant anni de quibus dicas, non mihi placent. Ibit homo in domum æternitatis suæ. Reuertatur puluis in terrā suā & spūs redeat ad deum qui dedit illum. Verba sapientū q̄si sunt multi, & q̄si clauis in altum defixi. Quæ per magistrorum consilium data sunt a magistro vno, his amplius filii mihi ne requiras. Faciendi plures libros nullus est finis. Frequens meditatio carnis est afflictio. Finem loquendi pariter omnes audiamus. Deum time & mandata eius obserua. Hoc est enim omnis homo. Cuncta quæ fiunt adducet deus in iudicium pro omni errato siue bonū sit siue malum.

¶ Cantica habent Cap. VIII. Et agitur in eis de viri iusti perfectione, de animæ sanctæ contemplatione, & conjunctione Christi & ecclesiæ.

¶ Caput. I.

Osculetur me osculo oris sui. Trahe me post te &c. Indica mihi quem diligit anima mea vbi pascas vbi cubes in meridie, &c. Fascicul⁹ myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabi-

D. DIONY. A RICK. CART.
tur. Ecce tu pulchra es amica mea, &c. Ecce tu pulchra
es dilecte mi & decorus.

¶ Cap. 2.

¶ Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias.
Sicut malus inter ligna sylvarum, sic dilectus meus in-
ter filios. Ordinavit in me charitatem. Sub vmbra
illius quem desyderabam sedi, & fructus eius dulcis
gutturī meo. Introduxit me rex in cellam vinariam.
Fulcite me floribus, stipate me malis quia amore lan-
gueo. Leua eius sub capite meo, &c. Ecce iste venit
saltens in montibus. Ostende mihi factem tuā, sonet
vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & faci-
es tua decora. Dilectus meus mihi & ego illi, &c. Re-
uertere dilecte mi.

¶ Cap. 3.

¶ In lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit ani-
ma mea. Inueni quē diligit aīa mea. Egredimini & vi-
dete filiæ Syon regē Salomonē in diademate q̄ corona
uit eū mater sua.

¶ Cap. 4.

¶ Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es, etc.
Tota pulchra es amica mea, et macula non est in te.
Vulnerasti cor meū, soror mea sponsa, vulnerasti cor
&c. Hortus conclusus soror mea sponsa, &c.

¶ Cap. v.

¶ Veniat dilectus meus in hortum suum, vt comedat
fructum pomorum suorum. Comedite amici & bibite,
& inebriamini charissimi. Ego dormio, & cor meum
vigilat. Aperi mihi soror mea, amica mea, columba
mea. Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?
Anima mea liquefacta est vt loquutus est, Quæsiui ili-
lum & non inueni, vocaui & non respondit mihi. Di-
lectus meus candidus & rubicundus electus ex milib.
Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus filiæ Hi-
erusalem.

¶ Cap. vi.

¶ Pulchra es amica mea suavis & decora sicut Hieru-
salem, terribilis vt castrorum acies ordinata.
Auerte oculos tuos a me, quia ipsi me auolare fecerūt.

EPIT: EX ECCLESIASTE.

Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus. Vna est columba mea, perfecta mea

¶ Cap. 7.

¶ Quam pulchri sunt gressus tui in calciamentis filia principis. Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, &c.

¶ Cap. 8.

¶ Quis mihi det te fratrem meum, sugentem vbera matris meæ vt inueniam te foris & deosculer. & iam nemo me despiciet. Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ, &c. Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachia tua, quia fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio. Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatē. Lampades eius lampades ignis atq; flammaram. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.

Sapientiæ liber habet Cap. XIX, Et agitur in eo, de regimine prælatorū conuersatione iustorū, atq; idolorum contemptu, de aduentu & passione Christi, qui est vera sapientia.

Caput. I.



Illigite iusticiam quæ iudicatis terram. Sentite de domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum. Quoniam inuenitur ab his qui non tentant illum. Apparet autem eis qui fidem habent in illum. Peruersæ enim cogitationes separant a deo, probata autem virtus corripit insipientes. Quoniam in maluola in animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se a cogitationibus quæ sunt sine intellectu.

D. DIONYSI A RICK. CART.
Benignus est spiritus sapientiae. Quoniam spiritus do-
mini replebit urbem terrarum, & hoc quod continet
omnia scientiam habet vocis. Propter hoc qui loqui-
tur iniqua non potest latere. Auris caeli audit omnia.
Custodite ergo vos a murmuratione quae nihil pro-
dest, & a detractione parcite linguae. Os quod menti-
tur occidit animam. Deus mortem non fecit, nec lae-
ratur in perditione viuorum. Creauit enim ut essent
omnia, & sanabiles fecit nationes orbis terrarum.
Iusticia perpetua est & immortalis, iniusticia autem
mortis acquisitio. Impii autem manibus & verbis ac-
cesserunt illam.

¶ Cap. 2.

¶ Dixerunt impii apud se cogitantes non recte. Non
est qui agnitus sit reuersus ab inferis, quia ex nihilo na-
ri sumus & post haec erimus tanquam non fuerimus.
Vmbrae transitus est tempus nostrum. Venite ergo &
fruemur bonis quae sunt & vramur creatura tanquam
in iuuentute celeriter. Nullum pratum sit quod non
pertranseat luxuria nostra. Nota de Christi passio-
ne. Grauis est etiam nobis ad videndum, quoniam dis-
similis est alijs vita illius. Promittit se scientiam dei
habere, & filium dei se nominat. Morte turpissima con-
demnemus eum. Haec cogitauerunt impii, & errauerunt
excatauit enim eos malicia eorum, nec mercedem spera-
uerunt iusticiae. Deus creauit hominem inexterna-
bilem, & ad imaginem similitudinis suae fecit illum.
Inuidia autem diaboli, mors introiit in orbem terra-
rum. Imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius.

¶ Cap. 3.

Iustorum autem animae in manu dei sunt, & non tan-
get illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipienti-
um morti, illi autem sunt in pace. Spes illorum
immortalitate plena est. In paucis vexati, in multis
bene disponentur. Deus tentauit illos, & inuenit illos
dignos se. Tanquam aurum in fornace probauit il-
los. Fulgebunt iusti & tanquam scintillae in arundine
discurrent. Iudicabunt nationes. Qui confidunt in do-

EPIT. EX LIB. SAP:

mino intelligent veritatem. Donum & pax est electis dei. Impij autem secundum quæ cogitauerunt, correptionem habebunt. Sapientiam enim & disciplinam quæ abijcit, infelix est. Bonorum enim laborum gloriosus est fructus. Felix incoinquinata, quæ nesciuit thorum in delicto, habebit fructum, &cæ. Et spado qui non est operatus iniquitatem, dabitur ei fidei donum electum & sors in templo domini acceptissima. Nationes iniquæ diræ sunt consummationis,

¶ Cap. 4.

¶ O quam pulchra est casta generatio cum claritate, quoniam apud deum nora est & apud homines. Iustus autem si morte præoccupatus fuerit in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est non diuturna, neque annorum numero computata. Placens deo factus dilectus & viuens inter peccatores translatus est. Raptus est ne malicia mutaret intellectum illius aut ne fictio deciperet animam eius. Inconstantia concupiscentiæ transuertit sensum. Consummatus in breui expleuit tempora multa. Placita enim erat deo anima illius.

¶ Cap. 5.

¶ Stabant iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt. Videntes turbabuntur timore horribili, gementes præ angustia spiritus dicentes. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem sine honore. Quomodo ergo computati sunt inter filios dei? Ergo errauimus a via veritatis, & iusticiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, etcæ. Quid nobis profuit superbia, aut quid diuitiarum iactantia contulit nobis? Transferunt omnia illa tanquam vmbra, etcæt. Nos nati continuo desuimus esse. Spes impij tanquæ lanugo est quæ a vento tollit, & tanquæ spuma, & tanquæ memoria hospitis vnius diei prætereuntis Iusti autem in perpetuum viuent, & apud deum sunt merces eorum, et cogitatio illorum apud altissimum.

D. DIONYSI A RICK. CART.
Quoniam dextera sua (dominus) reget eos (i. iustos) &
brachio suo defendet illos. Armabit creaturam ad vi-
tionem inimicorum. Pugnabit cum illo orbis terra-
rum contra insensatos. Melior est sapientia quam vi-
res, & vir prudens quam fortis.

¶ Cap. 6.

¶ Præbete aures vos qui tenetis multitudines, quon-
iam data est a domino vobis potestas, & virtus ab altis-
simo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes
scrutabitur. Iudicium durissimum in his qui præsumunt
et. Exiguo enim conceditur misericordia potentes au-
tem potenter tormenta patientur. Fortioribus autem for-
rior instat cruciatus. Clara est & quæ nunquam mar-
cescit sapientia, & facile videtur ab his qui diligunt il-
lam, & inuenitur ab his qui quærunt illam. Præoccu-
pat eos qui se concupiscunt. Cogitare de illa sen-
sus est consummatus, & qui vigilauerit propter illam,
cito erit securus. Incorruptio facit esse proximum deo
Concupiscentia itaque sapientiæ deducet ad regnum pe-
petuum. Diligite lumen sapientiæ omnes qui præestis
populis. Multitudo autem sapientium sanitas est or-
bis terrarum, & rex sapiens populi stabilimentum.

¶ Cap. 7.

¶ Sum quidem & ego mortalis homo similis omnibus
& primam vocem similem omnibus emisi plorans.
Unus ergo introitus est omnibus ad vitam & similis
exitus, propter hoc optaui & datus est mihi sensus. In-
uocaui & venit in me spiritus sapientiæ, & proposui
illam regnis & sedibus, & diuitias nihil esse dixi in cõ-
paratione illius. Super salutem & speciem dilexi illam.
Venerunt autem mihi omnia bona simul cum illa.
Deus sapientiæ dux est, & sapientum emendator. In ma-
nu enim illius & nos & sermones nostri, & omnis sapi-
entia. Omnium enim artifex docuit me sapientia. Est
enim in illa spiritus intelligentiæ sanctus, vnicus, mul-
tiplex, subtilis, &c. Oib. mobilib. mobilior est sapientia.
Attingit autem vbiq; pp suam mundiciam. Vapor est enim virtutis
dei & emanatio quædam claritatis omnipotentis dei syncera.

EPIT: EX LIB. SAP.

Candor est enim lucis æternæ & speculum sine macula dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Et cū sit vna oīa pōt, et in se pmanens oīa innouat, et p nationes in aīas sanctas se transfert, amicos dei et pphetas constituit. Neminem em̄ diligit deus, nisi q̄ cum sapientia inhabitat. Est em̄ hęc spectrofior sole, et sup oēm dispositionem stellarū: luci comparata inuenit prior. Sapientiam non vincit malicia. ¶ Cap. 8.

¶ Attingit aut̄ a fine vsq̄ ad finem tortiter, et disponit oīa suauiter. Hanc amari & exq̄siui a iuuentute mea, et q̄siui spōsam eam mihi assumere, et amator factus sum formæ illius. Quid sapientia locupletius? Scio qm̄ mecum communicabit de bonis suis, et erit alloquutio cogitationis et tædij mei. Intrans in domum meam conquiescam cum illa, non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus illius, sed leticiā et gaudium. Puer eram ingeniosus, et sortitus sum animam bonam. Et sciui quoniam aliter non possem esse continens nisi deus det, et hoc ipsum erat sapientiæ scire cuius esset hoc donum, adij dominum, et dixi totis p̄ cordijs meis.

¶ Cap. 9.

¶ Deus patrum nostrorū q̄ fecisti omnia verbo tuo et sapientia tua, et constituisti hominem vt dñaret creaturæ tuæ, et disponat orbem terrarum in æquitate & iusticia, da mihi sedium tuarum assistricem sapientiā, &c. Seruus tuus sum & filius ancillæ tuæ, homo infirmus & exigui temporis. Tabernaculum sanctū tuum qd̄ pparasti ab initio, & tecū sapientia tua q̄ nouit opa tua, q̄ & affuit tunc cum orbem terrarū faceres, & sciebat qd̄ placitum esset oculis tuis. Mitte illā de cælis sanctis tuis & a sede magnitudinis tuæ, vt mecum sit & mecum laboret, vt sciam quid̄ acceptum sit apud te. Scit enim illa oīa, & deducet me sobrie. Quis hoīm poterit scire consilium dei? Aut qs poterit cogitare qd̄ velit deus? Cogitationes enim mortaliū timidæ, & incertæ, puidetię nřę. Corp⁹ em̄ qd̄ corruptū aggrauat aīam & deprimat terrena inhabitatio sensum multa cogitāre

D. DIONY. A RICK. CART.
Difficile inuenimus quæ in terra sunt, et quæ in prospectu sunt inuenim⁹ cum labore, quæ autem in cælis sunt quis inuestigabit? Sensum tuum domine quis sciet nisi tu dederis sapientiam, et miseris spiritum tuum de cælis? Nam per sapientiam sanati sunt quicumque placuerunt tibi domine ab initio.

¶ Cap. 10.

¶ Sapientia hos qui se obseruant a doloribus liberat. Hæc iustum deduxit per vias rectas, &c. Omnium potentior est sapientia. Cerramen forte dedit illi ut vinceret, &c. Reddidit iustis sapientia mercedem laborum suorum, & deduxit illos in via mirabili. Et fuit illis, &c.

¶ Cap. 11.

¶ Hos quidem domine tanquam pater monens probasti, illos autem tanquam durus rex interrogans cõdemnasti. Omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisti. Multum enim valere, tibi soli supererat semper. Tanquam momentum stateræ sic ante te orbis terrarum, & tanquam gutta roris antelucani que descendit in terram. Misereris omnium quoniam omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter penitentiam. Diligis enim omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti. Quomodo autem posset aliquid permanere nisi tu voluissas, aut quod a te vocatū nō esset cõseruaretur? Parcis autem omnibus quoniam tua sunt domine, qui amas animas.

¶ Cap. 12.

¶ O quam bonus & suavis est domine spiritus tuus nobis in omnibus. Dabas domine locum penitentię nō ignorans quoniam iniqua est natio eorum, & naturalis malicia ipsorum (scilicet Chananæorum) &c. Quis tibi imputabit si perierint nationes quas tu fecisti. Nec enim est alius deus quam tu cui cura est de omnibus. Cum sis ergo iustus, iuste omnia disponis. Virtus enim tua iusticiæ initium est. Et ob hoc quod omnium dñs es, oibus te parcere facis. Tu autē dñator dñe cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos.

EPI TO. EX LIB. SAP.

Subest enim tibi cum volueris posse. Docuisti populū tuum quoniam oportet iustum & humanum esse, & bonæ spei fecisti filios tuos, quoniam iudicans das locū penitentiae in peccatis. Disciplinam nobis das ut bonitatem tuam cogitemus & speremus misericordiam tuam.

¶ Cap. 13.

¶ Vani sunt omnes homines quibus non subest scientia dei, & de his quæ videntur bona non potuerunt intelligere eum qui est. A magnitudine enim spectei creaturæ, creator horū poterit cognoscibiliter videri.

¶ Cap. 14.

¶ Benedictum lignum, per quod fit iusticia. Odio sunt deo, impius & impietas eius. Creaturæ dei in odium factæ sunt, & in tentationem animæ hominum, et in musculam pedibus insipientium. Initium fornicationis est exquisitio idolorum. Infandorum enim idolorum cultura omnis maliciæ causa est et initium et finis.

¶ Cap. 15.

¶ Tu autem deus noster suavis et verus es, patiens et in misericordia disponens omnia. Etenim si peccauerimus tui sumus, et si non peccauerimus, scimus quoniam apud te sumus computati. Nosse te consummata iusticia est, et scire iusticiam et veritatem tuam, radix est immortalitatis. Malorū amatores digni sunt morte. Cor iniqui cinis est, et terra superuacua spes illius et luto vilior vita illius, quoniam ignorauit qui se finxit et inspirauit sibi animam et spiritum vitalem. Aestimauerunt impij lusum esse vitam nostram, et conuersationem vitæ ad lucrum compositam, et oportere vā decunq; etiam ex malo acquirere.

¶ Cap. 16.

Propter hæc et his similia passi sunt digne tormenta. Tu es domine qui vitæ et mortis habes potestatem. Effugere manū tuā dñe impossibile est. Negantes enim te nosse ipj, p fortitudinē brachij tui flagellati sunt. Vindex est orbis iustorum. Angel orū escantruisi populū

D. DIONY. A RICK. CART
uum, & panem de celo præstitisti eis omne delectamē
tum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. De-
seruiens enim vnusquisq; voluntati, ad quod quisq;
volebat conuertebatur. Creatura tua tibi factori de-
seruiens excandescit in tormentum aduersus iniustos,
& lenior fit ad benefaciendum pro his q in te confidit.
Non natiuitatis fructus pascunt homines, sed sermotu
us eos qui in te credunt, conseruat. Ingrati spes tanquā
hybernalis glacies tabescet, & disperiet tāquam aqua
superuacua.

¶ Cap. 17.

¶ Magna sunt iudicia tua domine, & inenarrabilia
verba tua. Cum sit timida nequitia dat testimonium
condemnata. Semper enim præsumit sæua perturba-
ta conscientia. Nihil enim est timor nisi præsumptio-
nis auxilium.

¶ Cap. 18.

¶ Dum quietum silentium tenerent omnia, & nox in
suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tu-
us domine de celo exiliens a regalibus sedibus venit
durus debellator. In veste poderis quam habebat Aa-
ron totus erat orbis terrarum, & magnificentia tua in
diademate capitis illius erat scripta.

¶ Cap. vlt.

¶ Impiis autem vsque in nouissimum sine misericor-
dia ira superueniet. In omnibus enim magnificasti
populum tuum & honorasti, & non despexisti in o-
mni tpe & in omni loco assistens eis.

¶ Ecclesiasticus habet Cap. LI. Et
agitur in eo de obedientia subditorū,
de institutione bonorum morum de
nobilitate sapientiæ & de laude san-
ctorum.

Caput. I.

Omnis sapientia a domino deo est, & cum illo
fuit semper, & est aū æuū. Sapientiam dei præ-
cedentem omnia quis inuestigauit?

EPI TO. EX ECCLES.

Prior omnium creata est sapientia. Fons sapientiae
 verbum dei in excelsis. Radix sapientiae cui reuelata
 est. Vnus est altissimus creator omnium omnipotens
 rex, potens & metuendus nimis sedens super thronu.
 Ipse creauit illam in spiritu sancto, & effudit illam sup
 oia opa sua, & super omnem carne, & praebet illam dili
 gentibus se. Timor domini delectabit cor, & dabit
 laeticiam & gaudium in longitudine dierum. Ti
 menti bene erit in extremis, & in die defunctiois bene
 dicetur. Initium sapientiae timor domini, & cum fideli
 bus in vulua concreatus est. Religiofitas custodiet
 & viuificabit cor. Plenitudo sapientiae timere deum.
 Timor domini expellit peccatum.

Qui sine timore est, non potest iustificari. Iracundia
 animositatis hominis, subuersio eius est. Fili con
 cupiscens sapientiam conserua iustitiam, & deus pra
 bebit illam tibi. Ne accesseris ad deum duplici corde,
 & ne fueris hypocrita in conspectu hominum.

¶ Cap. 2.

Fili accedens ad seruitutem dei sta in iustitia & in ti
 more & praepara animam tuam ad tentationem. De
 prime cor tuum & sustine, & in humilitate tua pa
 tientiam habe, quoniam in igne probatur argentum &
 aurum, homines vero receptibiles in camino humilia
 tionis. Crede deo, & recuperabit te. Metuentes do
 minum sustinete misericordiam eius & non deflectatis
 ab eone cadatis. Qui timetis dominum credite illi,
 & non euacuabitur merces vestra. Qui timentis domi
 num sperate in illo, & in oblectationem veniet vobis
 misericordia. Qui timetis dominum diligite illum et
 illuminabuntur corda vestra. Respicite filii nationes
 hominum & scitote quia nullus sperauit in domino et
 confusus est, permansit in mandatis eius et derelictus e
 Et quis inuocauit illum et despexit eum? Quoniam
 pius et misericors est deus, et remittet in tempore tri
 bulationis peccata, et protector est omnibus exquiren
 tibus se i veritate. Vae duplici corde et labijs scelestis
 Vae dissolutis corde. Vae his qui pdiderunt sustinetiam

D. DIONY. A R I C K. C A R.
Qui timent dominum præparabunt corda sua, & in cõ
spectu illius sanctificabunt animas suas. Si pœnitentia
non egerimus, incidemus in manus domini & nõ in
manus hominum.

¶ Cap. iij.

Iudicium patris audire fili, & sic facite vt salui sitis.
Qui diligit deum exorabit pro peccatis, & cõtinebit se
ab illis & exaudietur. Qui timet dominum honorat
parentes, & quasi dominis seruiet eis in opere & ser
mone, & omni patientia. Gloria hominis ex honore
patris sui, & dedecus fili pater sine honore. Fili susci
pe senectam patris tui, & ne cõtristes eum in vita illius
& si defecerit sensu ventiam da & ne spernas eum.
Quam malæ famæ qui relinquit patrem, & est maledi
ctus a deo qui exasperat matrem. Fili in mansuetudi
ne opera tua perfice, & super hominum gloriam dilige
ris. Quanto magnus es humilia te in omnibus, & cor
ram deo inuenies gratiam, quoniam ab humilibus ho
noratur. Altiora te ne q̄sieris, & fortiora te ne scru
tatus fueris, sed quæ præcepit tibi deus illa cogita sem
per, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus, non
est enim tibi necessarium ea quæ abscondita sunt vide
re oculis tuis. In superuacuis rebus nõli scrutari mul
tipliciter. Multos supplantauit suspicio eorum. Cor
dum male habebit in nouissimo. Cor ingrediens
duas vias non habebit successum. Cor nequam graua
bitur doloribus, & peccator adijciat ad peccandum.
Auris bona audiet cum omni concupiscentia sapiẽtiam
Ignem extinguit aqua, & elemosyna resistit peccatis.
Deus prospector est eius qui reddit gratiam, meminit
in posterum, & in tempore casus sui inueniet firmamẽ
tum

¶ Cap. iij.

Oculos tuos ne trãsuertas a paupere. Aiam esurientẽ
ne despexeris & ne exasperes paupere in inopia sua. Cõ
gregationi pauperum affabilem te facito, & presbytero
humilia aiam tuam, & magnato humilia caput tuum.
Responde pacifice in mansuetudine.
Libera eum qui iniuriam patitur de manu superbi

EPITO. EX ECCLES.

Eos qui diligunt sapientiam diligit deus, qui audit illam iudicabit gentes. Fili cōserua tempus & declina a malo. Pro anima tua ne confundaris dicere verum. Est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam. Non confundaris confiteri peccata tua. Noli resistere cōtra faciem potentis, ne coneris contra ietum fluij, Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsq; ad mortem certa pro iusticia, & deus expugnabit pro te. Noli citatus esse in lingua tua, & remissus in operibus tuis. Noli esse sicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos, & opprimens subiectos tibi. Nō sit porrea manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta.

¶ Cap. v.

Non sequaris concupiscentiam cordis tui. Altissimus est patiens redditor. Non adijcias peccatum super peccatum, & ne dicas, miseratio domini magna est. Misericordia enim & ira ab illo cito proximant, & in peccatores respicit ira illius. Ne tardes conuerti ad dñm, & ne differas de die in diem, subito enim veniet ira illius. Non ventiles te in omnem ventum. Esto firmus in via domini, & in veritate sensus tui, & prosequatur te verbum pacis. Esto mansuetus ad audiendum vbi dei. Si est tibi intellectus responde proximo, sin autem manus tua sit super os tuum ne capiaris i verbo indisciplinato, & confundaris. Deuotatio pessima sup bilinguem.

Cap. vi.

Noli fieri pro amico inimicus proximo. Improperium & contumeliam malus hereditabit. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus. Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos & lingua eucharis in bono homine abundabit. Multi pacifici sint tibi, & consiliarius tibi sit vnus de mille. Si possides amicum in tentatione posside eum, & ne facile credas ei tempus. Est enim amicus secundum tempus suum & non permanet in die tribulationis. Amicus si permanerit fixus, erit tibi coequalis. Amicus fidelis protectio fortis, qui autem inuenit illam inuenit thesaurum

D. DION. A R I C K. C A R.

Amico fideli nulla est comparatio, & non est digna pōderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius. Amicus fidelis medicamentum vitæ & immortalitatis & qui metuunt dōminum inuenient illum. Fili a iuuetute tua accipe doctrinam, & vsque ad canos inuenies sapientiam. Quam aspera est nimis indoctis hominibus sapientia. In multitudine presbyterorum prudentium fta, & sapientiæ illorum ex corde coniungere. Si videris sensatum, eugila ad illum.

¶Cap. vii.

Non te iustifices ante deum. Noli quærere fieri iudex nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. Noli esse pusillanimis in anima tua. Non irrideas hominem in amaritudine animæ. Noli verbosus esse in multitudine præbyterorum, & ne iteres verbum in tua oratione. Non oderis laboriosa opera, & rusticationem ab altissimo creatam. Humilia valde spiritum tuum, quoniam vindicta carnis impij ignis & vermis. Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua. Filia tibi sunt, serua corpus illarum, & ne ostendas faciem tuam hilarem ad illas. Gemitus matris tuæ ne obliuiscaris. In tora anima time deum, & sacerdotes illius sanctifica. Non desis plorantibus in consolatione. Non te pigeat visitare infirmum, ex his enim in dilectione firmaberis. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.

¶Cap. viii.

Non litiges cum homine potente, nec litiges cum homine linguato, nec communices homini indocto. Memento quoniam omnes in corruptione sumus. Noli de mortuo inimico tuo gaudere. Non te prætereat narratio sentorum. Non stes contra faciem contumeliosi. Cum audace non eas in via. Cum iracundo nō facias rixam. Non omni homini cor tuum manifestes ne forte conuicietur tibi.

¶Cap. ix.

Non des mulieri potestatem animæ tuæ, & virginem

EPITO. EX ECCLE.

ne conspicias, ne scādalizeris in decore eius. Noli cir-
cumspicere in vicis ciuitatis. Auerte faciem tuam a
muliere compta. Propter speciem mulieris multi peri-
erunt. Ne derelinquas amicum antiquum, nouus em̄
non erit similis illi. Vinum nouum amicus nouus, ve-
terascat, et cum suauitate bibes illud. Non zelus glo-
riam et opes peccatoris. Temerarius in verbo suo o-
dibilis erit.

¶ Cap. 10.

Principatus sensati stabilis erit. Secundum iudicem
populi sic et ministri eius, et qualis est rector ciuitatis,
tales habitantes in ea. Omnis iniuriæ proximi ne
memineris. Odibilis coram deo et hominibus est su-
perbia. Auaro nihil est scelestius. Quid superbit
terra & cinis. Nihil est iniquius quam amare pe-
cuniam, hic enim animam suam venalem habet
Omnis potentatus breuis vita, sic & rex hodie est, &
cras morietur. Cum moritur homo hereditabit
serpentes & bestias & vermes. Initium superbię
hominis apostatare a deo, quoniam ab eo qui fecit il-
lum recessit cor eius, quoniã inicum omnis peccati est
superbia. Qui tenuerit illam implebitur maledi-
ctis, & subuertet eum in finem. Sedes ducum su-
perborum destruxit deus, & federe fecit mites pro eis.
Vir prudens & disciplinatus, non murmurabit corre-
ptus. Noli te extollere in faciēdo opere tuo.
Fili in mansuetudine serua animam tuam.

Cap. 11.

Sapientia humiliati exaltabit caput illius.
Non laudes hominem in specie sua, neque spernas ho-
minem in visu suo. In vestitu ne glorieris vnq̄,
nec in die honoris tui extollaris. Priusquam au-
dias ne respondeas verbum, & ne in medio seniorum
ne adicias loqui. De re quæ te non molestat, ne
ceteris. Fili ne in multis sint actus tui.
Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas a
deo sunt.

D. DIONY. A RIC. CAR.

In die bonorū ne immemor sis malorum, & in die malorum ne immemor sis bonorum. Ante mortem ne laudes hominem quemquam. Attende tibi a pestifero.

Cap. 12.

Benefac iusto & inuenies retributionem magnam. Quoniam altissimus odio habet peccatores. Non credas inimico tuo in eternum.

Cap. 13.

Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea, & qui communicauerit superbo induet superbiam. Humiliare deo, & expecta manus eius. Omni vita dilige deum. Omne animal diligit simile sibi, sic omnis homo proximum sibi. Omnis caro ad similem sibi coniungetur & omnis homo simili sibi sociabitur. Si communicabit lupus cum agno aliquando, sic peccator iusto.

Quæ communicatio sancto homini ad canem? Abominatio superbo humilitas, sic & execratio diuiti pauper. Pauper loquutus est sensate, & non est datus ei locus. Cor hominis immutat faciem illius siue in bono siue in malo.

Cap. 14.

Beatus vir qui non est lapsus in verbo ex ore suo, & non est stimulat in tristitia delicti. Qui sibi nequa est cui alij bonus erit. Memor esto quoniam mors non tardat, & testamentum inferorum. Ante obitum tuum operare iusticiam, quoniam non est apud inferos inuenire cibos. Beatus vir qui in sapientia morabitur, & qui in iustitia meditabitur, & in sensu cogitabit circumspectionem dei.

Cap. 15.

Qui timet deum faciet bona, & qui continens est iusticiæ apprehendet illam, &c. Cibabit illum pane uitæ & intellectus. Non est speciosa laus in ore peccatoris. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui. Adiecit præcepta sua. Apposuit ignem & aquam, ad quod volueris porrigere manum tuam. Nemini dedit deus spacium peccandi.

Cap. 16.

EPITQ. EX ECCLĒ.

Ne iocunderis in filijs impijs si multiplicentur.
Melior est vnus timens deum, quam mille filij impij.
Et vile est mori sine filijs, quam relinquere filios impi-
os. Misericordia & ira cum deo, secundum miseri-
cordiam eius sic & correptio eius. Ecce cælum & celi cœ-
lorum, abyssus & vniuersa terra, & omnia quæ in eis
sunt in conspectu dei commouebuntur, montes simul
& colles & fundamenta terræ, & cum conspexerit illa
deus tremore concutientur, Et in omnibus his insensa-
tum est cor hominis. Qui minoratur corde cogitat
inania. Post hæc deus in terram respexit, & imple-
uit illam bonis suis.

Cap. 17.

Deus de terra creauit hominem, & secundum imagi-
nem suam fecit illū, & iterum conuertit illum in ipsam
Numerum dierum & tempus dedit illi. Posuit timo-
rem illius super omnem creaturam. Creauit ei
scientiā spiritus, sensu impleuit corda illorum.
Ante mortem confitere. A mortuo quasi nihil perit
confessio. Confiteberis viuens & sanus & laudabis
deum. Quam magna misericordia dei conuertenti-
bus ad se. Quid lucidius soles & hic deficiet. &c.
Omnes homines terra & cinis,

Cap. 18.

Qui viuit in æternum creauit omnia simul. Deus so-
lus iustificabitur, quis sufficet enarrare opera eius?
Non est minuere neque adicere, nec est in uentre ma-
gnalia dei. Cū consumnauerit homo tunc incipiet &c.
Nonne ardorem refrigerabit ros, sic & verbum melius
quam datum, Nonne ecce verbum super datum bo-
num. Antequam loquaris disce. Ante languorem
adhibe medicinam, & ante iudicium interroga teipsum
Non impediris semper orare, & ante orationem præ-
para animam tuam, & noli esse quasi homo q̄ tentat de-
um, Memento paupertatis in tempore abundantia,
& necessitatem pauperis in die diuitiarum. Homo sa-
piens in omnibus metuit. Post concupiscentias tuas
non eas, & a voluptate tua auertere. Si præstas animæ

D. DIONY. A RICK. CART.
tuæ concupiscentias eius, & faciet te in gaudium inimicis tuis.

Cap. 19.

Qui spernit modica paulatim decedit. Vinum & mulieres apostatare faciunt etiã sapientes, & qui se iungit fornicarijs erit nequam. Qui credit cito levis est corde & minorabitur. Qui odit loquacitatem extinguit maliciã. Ne iteres verbum durum & nequam. Corripe amicum ne forte non intellexerit & dicat nõ feci, aut si fecit, ne iterum addat facere. Est qui labitur lingua sua, sed non ex animo, quis est enim qui non deliquerit in lingua sua? Melior est homo qui minuitur sapientia & in timore dei, quam qui abundat sensu & transgreditur legem altissimi. Est qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo. Ex visu cognoscitur vir, & ab occurso faciei cognoscitur sensatus, Amictus corporis & risus dentium & ingressus hominis annunciant de illo.

Cap. 20.

Quam bonum est arguere quam irasci. Quam bonum est correptum manifestare penitentiam, sic enim effugiet peccatum. Est tacens qui inuenitur sapiens, & est odibilis qui procax est ad loquendum. Est autẽ tacens non habens sensum loquelæ, & est tacens sciens tempus aptum. Homo sapiens tacebit vsque ad tempus, lasciuus autem & imprudens non seruabit tempus. Qui multis vtitur verbis lædit animam suam, & qui potestatem sibi assumit iniuste odietur. Sapiens in verbis seipsum amabilem facit. Homo acharis quasi fabula vana, in ore in disciplinatorum assidua erit. Potior fur, quam assiduitas viri mendacis. Sapientia absconsa & thesaurus inuisus, quæ utilitas in vtriusque

Cap. 21.

Fili peccasti, ne adicias iterum, sed de præteritis deprecare vt tibi dimittantur. Quasi a facie colubri fuge peccata. Qui odit correptionem vestigium est peccatoris, & qui timet deum conuertetur ad cor suum. Consummatio timoris dei sapientia.

EPITO. EX ECCLE.

Non est sensus vbi abundat amaritudo. Cor fati-
 tum quasi vas contractum, omnem sapientiam non te-
 nebit. In labijs sensati inuenitur gratia. Faruus
 in risu exaltat vocem suam, vir autem sapiens vix ra-
 cite ridebit. Stultitia hominis auscultare per ostium.
 Verba autem sapientium fratera ponderabuntur. In
 ore fatuorum cor illorum, & in corde sapientium os
 illorum. Dum maledicit impius diabolum, maledi-
 cit ipse animam suam. Susurro coinquinabit animã
 suam, & in omnibus odietur. Tacitus & sensatus ho-
 norabitur.

Cap. 22.

In lapide luteo lapidatus est piger. Qui narrat ver-
 bum non audienti, quasi qui excitat dormientem de
 graui somno. Cum dormiente loquitur, qui narrat
 stulto sapientiam. Luctus mortui septem dies, fatui
 autem & impij omnes dies vitæ illorum. Modicum
 plora super mortuum quoniam requieuit. Arenam &
 salem & massam ferri facilius est terre quam hominẽ
 imprudentem, & fatuum & impium. Cor sensa-
 ti in omni tempore metu nõ deprauebitur. Qui conui-
 ciatur amico dissoluit amicitiam. In tempore tribula-
 tionis suæ parmane amico fidelis. Quis dabit ori meo
 custodiam, & super labia mea signaculam certum vt
 non cadam ab ipsis, & lingua mea me perdat.

Cap. 23.

Domine pater & dominator vitæ meæ, ne derelin-
 quas me in cogitatu & in consilio illorum, & incidam
 in conspectu aduersariorum meorum, & gaudeat iu-
 cus meus. Extollentiam oculorum meorum ne
 dederis mihi, & omnẽ desyderium prauum auerte a me
 Aufer a me ventris concupiscentias, & concubitus con-
 cupiscentia ne apprehendat me, & animæ irruenti ne
 tradas me. Iurationi non assuescat os tuum, mul-
 ti enim casus in illa.
 Vir multũ iurans replebitur iniquitate & nõ deficiet de-

D. DIONYSI. A RICK. CART.
domo illius plaga. Memento patris tui & matris dñi
in medio magnatorum consistis. Homo assuetus in
verbis improperij, omnibus diebus vite sue non eruditur.
Oculi domini multo plus lucidiores super solem
circumspiciētes omnes vias hominum. Domino enim
deo antequam crearentur omnia sunt cognita. Nihil
melius quam timor domini, & nihil dulcius quam ref-
picere in mandatis eius. Gloria magna est sequi do-
minum.

Cap. 24.

Sapientia laudabit animam suam, & in domino ho-
norabitur, & inter benedictos benedicetur dicens. Ego
ex ore altissimi prodiui, primogenita ante omnem cre-
aturam. Ego feci in cælis vt oriretur lumen indefici-
ens. &c. Ego in altissimis habitavi, & thronus me-
us in columna nubis. Gyrum cæli circuitui sola. &c.

Omnium excellentium & sublimium colla virtute
calcaui. Ab initio & ante secula creata

sum &c. Ego quasi therebintus extendi ramos meos
& rami mei honoris & gratiæ. Ego quasi vitis fructi-
ficaui &c. Ego mater pulchrę dilectionis & timoris
& agnitionis & sanctæ spei &c. Transite ad me om-
nes qui concupiscitis me &c. Spiritus meus super me
dulcis. Qui edunt me adhuc esurient &c. |

Ego sapientia effudi flumina, ego quasi fluuius doris,
& sicut aqueductus exiui de paradyso. Videte quoni-
am non solum mihi laboravi, sed omnibus exquirenti-
bus veritatem.

Cap. 25.

In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata
coram deo & hominibus. Concordia fratrum, amor
proximorum & vir & mulier bene sibi consentientes.
Tres species odiunt anima mea. Pauperem superbum, &
uitem mendacem, & semen fatuum & insensatum.
Quæ in iuuentute tua non congregasti, quomodo in-
uenies in senectute tua. Beatus, qui habitat cum
muliere sensata, & qui lingua sua non est lapsus, & qui
non seruiuit indignis se. Beatus qui iuuenit amicum

PITOME EX ECCL'E.

verum, & qui enarrat iusticiam auri audienti. Timor domini initium dilectionis eius. Omnis plaga tristitia cordis, & omnis nequitia nequitia mulieris. Non est caput nequius super caput colubri, & non est ira super iram mulieris. Commorari leoni & draconi placebit quam habitare cum muliere nequam. In specie mulieris ira & irreuerentia & confusio magna. A muliere initium factum est peccati, & per illam omnes morimur.

Cap. 26.

Mulieris bonæ beatus vir, numerus enim annorum illorum duplex. Mulier fortis oblectat virum suum. Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata & tacita. Omnis autem ponderatio non est digna continentis animæ. Sicut sol oriens in mundo in altissimis dei, sic mulieris bonæ species in ornamentum domus suæ. In duobus contristatum est cor meum. Vir bellator, deficiens per inopiam, & vir sensatus contemptus.

Cap. 27.

Propter inopiam multi deliquerunt. Si non in timore domini tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Ante sermonem non colaudes virum. Veritas ad illos qui operantur eam reuertetur. Homo sanctus in sapientia manet sicut sol, nam stultus sicut luna mutatur. Qui denudat arcana amici si dem perdit. Denudare autem amici mysteria desperatio est animæ infelicis. Annuens oculo fabricat iniqua. Qui fodit foueam incidet in eam. Facienti nequissimum consilium, super ipsum deuoluetur, & non cognoscat unde illi adueniet illusio.

Cap. 28.

Qui vindicari vult a deo inueniet vindictam, & peccata illius seruans seruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Homo homini seruat iram, & a deo quærit medelam? In hominem sibi similem non habet misericordiam, &

D. DICNY. A RIC. CAR.

de peccatis suis deprecatur? Ipse cum caro sit seruat irā
quis exorabit pro delictis illius. Memento nouissimo
rum tuorum, & desine inimicari, & non irascaris proxi
mo, & abstine te a lite. Homo iracundus incendit li
tem, & vir peccator turbabit pacem. Susurro & bilin
guis maledictus, multos enim turbabit pacem habent
tes. Multi ceciderunt in ore gladij, sed non sicut qui in
terierunt per linguam suam. Septi aures tuas spinis, &
noli audire linguam nequam, & ori tuo facito osita, &
seras auribus tuis.

Cap. 29.

Fœnerare proximo tuo in tempore necessitatis. Con
firma verbum & fideliter age cum illo. Donec acci
piunt osculantur manum dantis, & in promissionibus
humiliant vocem suam. Perde pecuniam propter fra
trem & amicum. Pone thesaurum tuum in præceptis al
tissimi. Conclude eleemosynam in corde pauperis, &
hæc pro te orabit in omni malo. Fideiussoris ne obli
uiscaris, dedit enim pro te animam suam. Qui cona
tur multa agere, incin iudicidet um. Recupera pro
ximum tuum secundum virtutem tuam.

Cap. 30.

Qui diligit filium suum assiduat illi flagella, vt læte
retur in nouissimo suo. Qui docet filium suum laudabi
tur in illo, & in obitu suo non contristabitur de illo.
Non des filio potestatem in iuuentute, sed curua ceru
icem illius, & tonde latera eius dum infans est.
Melior est pauper sanus & fortis viribus, quam diues
imbecillis & flagellatus malitia. Salus animæ in sancti
tate iusticiæ, & melius corpus validum quam census
immensus. Non est census super salutem corporis, &
non est oblectatio super cordis gaudium. Melior est
mors quam vita amara. Bona abscondita in ore clau
so, quasi appositiones epularū circumpositæ sepulchro
Spado complectens virginem & suspirans. Tristici
am non des animæ tuæ, & non affligas te ipsum in con
filio tuo. Iucunditas cordis hæc est vita hominis.
Miserere animæ tuæ placens deo, & contine & congre

PITOME EX ECCLE.

ga cor tuū in sanctitate eius, & tristitiam longe expelle a te, Multos enim occidit tristitia, & non est utilitas in ea. Zelus & contentio minuent dies, & ante tempus senectam adducet cogitatus.

Cap. 31.

Vigilia honestatis tabefaciet carnes, & cogitatus illius auferet somnum. Beatus diues qui inuentus est sine macula, qui post aurū non abiit &c. ideo stabilita sunt bona illius in domino. Nequius oculo quid creatum est. Non extendas manum tuā prior. Cessa prior causa disciplinæ, nec prior postcas bibere. Quam sufficiens est homini erudito vinum exiguum, & in dormiendo non laborabis ab illo, nec senties dolorem. Si coactus fueris in edendo multum, surge de medio & vome & refrigerabit te. In omnibus operibus tuis esto velox. Vinum in iucunditate creatum est non in ebrietate. In conuiuio vini non arguas proximum, & non despicias eum in iucunditate illius.

Cap. 32.

Rectorem te posuerunt, noli extolli. Esto in illis quasi vnus ex ipsis. Curam illorum habe & sic considera. Loquere maior natu, decet enim te. Vbi non est auditus non effundas sermonem. Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Adolescens loquere in causa tua vix cum necesse fuerit, si bis interrogatus fueris habeat caput responsum suum. In multis esto quasi inscius, & audi tacens simul & quærens. Et loqui in medio magnatorum non præsumas, & vbi sunt senes non multum loquaris. Anteverecundiam præbit gratia. Peccator homo vitabit omnem correptionem. Fili si ne consilio nihil facias, & post facta non poenitebis. A filijs tuis caue, & a domesticis tuis attende.

Cap. 33.

Timenti deum non occurrunt mala, sed in tentatione deus illum conseruabit & liberabit a malis. Præcordia fatui quasi rota carri, & quasi axis versatilis cogitatus illius. Filio & mulieri, fratri & amico non desptatē sup te in

D. DION. A R I C K. C A R T
vita tua, & ne dederis alijs possessionem tuam, Melius
est enim vt filij tui te rogent, quam te respicere in ma-
nus filiorum tuorum Cibaria & virga & onus asino
panis & disciplina & opus seruo. Seruum inclinent
operationes assidue. Multam maliciam docuit ocio-
sitas. Verum sine iudicio nihil facias graue. Seruus
fidelis sit tibi quasi anima tua.

Cap. 34.

Somnia extollunt imprudentes. Quasi qui appre-
hendit vmbra, & persequitur ventum, secundum hoc
visio somniorum. Sicut parturientis, cor tuum phan-
tasias patitur, nisi ab altissimo fuerit visitatio emissa.
Multos errare fecerunt somnia. Qui non est tenta-
tus quid scit. Vir in multis expertus cogitabit multa.
Qui non est expertus pauca recognoscit. Oculi dei in-
diligentes se. Qui timet dominum nihil trepidabit.
Immolantis ex iniquo, oblatio est maculata, Nec res-
picit dominus in oblationibus iniustorum. Qui effun-
dit sanguinem & qui fraudem facit mercenario, fra-
tres sunt. Vnus edificans & vnus destruens quid il-
lis prodest nisi labor. Homo qui ieiunat in peccatis
suis, & iterum eadem faciens, quid proficit humilian-
do se.

Cap. 35.

Salutare sacrificium est attendere mandatis, & disce-
dere ab omni iniquitate. Oblatio iusti impiguit al-
tare, & odor suauitatis est in conspectu altissimi. Sacri-
ficium iusti acceptum est. In omni dato, hilarem fac
vultum tuum. Qui adorat deum in oblatione susci-
pietur, & deprecatio illius vsque ad nubes appropin-
quabit.

Cap. 36.

Miserere nostri deus omnium & respice nos, & osten-
de nobis lucem miserationum tuarum &c. Miserere
plæbi tuæ super quam inuocatum est nomen tuum &c.

Cap. 37.

O præsumptio nequissima vnde creata es. Non
obliuiscaris amici tui in animo tuo, nec immemor sis

EPITOME EX ECCLE.

Illius in operibus tuis. Cum viro sancto assiduus esto, & quemcumque cognoueris obseruantem timorem dei, cuius anima est secundum animam tuam.

Anima viri sancti enunciat aliquando vera, quam septem circumspectores sedentes in excelso ad speculandum. Ante omnia opera, verbum verax præcedat te, & ante omnem actum consilium stabile.

Vir peritus multos erudiuit, & animæ suæ suavis est.

Qui sophisticè loquitur odebilis est, & in omni re defraudabitur. Non est illi data a domino gratia,

omni enim sapientia defraudatus est (scilicet sophisticè loquens) Vir sapiens plæbem suam erudit, &

fructus sensus illius fidelis est. Sapiens in populo hæreditabit honorem. Non omnia omnibus

expediunt. Noli auarus esse in omni epulatione nec te effundas super omnem escam. In multis enim escis erit infirmitas. Propter crapulam multi obierunt, qui autem abstinens est adiciat vitam.

Cap. 58.

Honora medicum, propter necessitatem enim creauit eum altissimus. A deo omnis est medela.

Altissimus de terra creauit medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam. Fili in tua infirmitate non

desperes teipsum, sed ora dominum & ipse curabit te. Tristitia cordis siccit ceruicem. Memor esto iudicij mei, sic enim erit & tuum, mihi heri & tibi hodie.

Consolare morientem in exitu spiritus sui. Sapientiam scribe in tempore vacuitatis, & qui minoratur actu sapientiam percipiet.

Cap. 59.

Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, & in prophetis vacabit. Cor suum tradet ad vigilandum ciluculo ad dominum qui fecit illum, & in conspectu altissimi deprecabitur. Collaudabunt multi sapientiam eius & vsque &c. Audite me diuini

fructus, & quasi rosa plantata &c. Benedicite dominum in operibus suis. Date magnificentiam nomini eius &c. Opera domini

D. DIONY. A RICK. CART.
vniuersa bona valde. Omnia in tempore suo
quærentur. Omnia sanctis in bona, impijs autem &
peccatoribus in mala conuertentur. Sunt spiritus
qui ad vindictam creati sunt. Ignis, grando, fames, &
mors, hæc omnia in vindictam creata sunt.
Non est dicere hoc illo nequius est, Omnia enim in tem-
pore suo comprobabuntur. Et nunc in omni corde &
ore collaudate & benedicite nomen domini.

Cap. 40.

Occupatio magna creata est omnibus hominibus,
& iugum graue super omnes filios Adam a die exitus
de ventre matris eorum, vsque in diem sepulturæ in
matrem omnium, Cogitationes eorum, & timores
cordis, & c. omnia quæ de terra sunt in terram con-
uertuntur, & aquæ omnes in mare reuertentur.
Vinum & musica lætificant cor, & super vtraque dile-
ctio sapientiæ. Tibiæ & psalterium suauem faci-
unt melodiam, & super vtraque lingua suauis.
Timor domini sicut paradysus benedictionis. Fili
in tempore vitæ tuæ ne indigeas. Melius est enim mo-
ri quam indigere.

Cap. 41.

O mors quam amara est memoria tua homini pa-
cem habenti in substantijs suis, viro quieto cuius vitæ
directæ sunt in omnibus. O mors bonum est iudicium
tuum homini indigenti, & qui minoratur vtribus, &
cui cura est de omnibus. Noli metuere iudicium mor-
tis. Curam habe de bono no-
mine. Sapientia abscondita & thesaurus inuisus
quæ utilitas in vtrisque. Disciplinam in pace con-
seruate filij.

Cap. 42.

Non duplices sermonem de reuelatione sermonis ab-
sconditi, & eris vere sine confusione. Omni ho-
mini noli intendere in specie, & in medio mulierum no-
li commorari. De vestimentis enim procedit tinea, &
a muliere iniquitas viri. Melior est iniquitas vi-
ri quam mulier benefaciens.

EPITO EX ECCLE.

Sol illuminans per omnia respexit, & gloria dei plenū est opus eius. Nonne deus fecit sanctos enarrare omnia mirabilia sua, quæ confirmavit dominus omnipotens stabilis in gloria sua. Quam desyderabilia sunt omnia opera eius, & quis satiabitur videns gloriam eius?

¶ Cap. 43.

Species cæli in visione gloriæ, sol in aspectu vas admirabile, opus excelsi radios igneos exufflans. Magnus dominus qui fecit illum & in sermonibus eius festinauit iter. Luna ostensio temporis & signum æui.

Mensis secundum nomen eius est, crescens mirabiliter in consummationem, vas castrorum in excelsis, in firmamento cæli resplendens gloriose. Species cæli gloria stellarum, mūdum illuminans in excelsis dominus. Vide arcum & benedic qui fecit illum valde speciosus est splendore suo. Gyrauit cælum in circuitu gloriæ suæ. Frigidus ventus aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aqua. Multa dicimus & deficimus verbis, consummatio autem sermonum ipse est. Terribilis dominus & magnus vehementer, & omnipotens super omnia opera sua. Glorificantes dominum quantum cumque poteritis, superualebit adhuc. Benedicētes dominum exaltate illum quantum potestis, maior est enim omni laude. Exaltantes eum replemini virtute, ne laboretis, non peruenietis. Quis vidit eum et enarrabit, & quis magnificabit eum sicuti est ab introitu. Multa sunt abscondita maiora his. Pauca enim vidimus operum eius. Et pie agentibus dedit dominus sapientiam.

¶ Cap. 44.

Laudemus viros gloriosos & patres nostros in generatione sua. Corpora sanctorum in pace sepulta sunt &c. Enoch placuit deo, & translatus est in paradysum ut det genibus pœnitentiam.

¶ Cap. 45.

Dilectus deo & hoibus Moyses, &c. In fide & lenitate ipsius sanctū fecit illum dñs. ¶ Cap. 46.
Fortis in bello Iesu Naue. An non iracūdia eius impe-

D. DIONY. A R I C K. C A R.
ditus est sol, & factus est dies vnus quasi duo. Inuocauit altissimum, & exaudiuit eum magnus & sanctus deus. Post hæc dormiuit Samuel, & notum fecit regi, & ostendit illi finem suum (id est Sauli)

¶ Cap. xxxvii.

Nathan propheta quasi a deo separatus est a carne. Dauid cum leonibus lusit quasi cum agnis, & cum vrsis similiter fecit, sicut cum agnis ouium. Christus purgauit peccata illius, & exaltauit in æternum cornu eius. Salomon inclinasti formosa tua mulieribus & dedisti maculam in gloria tua.

¶ Cap. xxxviii.

Et surrexit Helias propheta quasi ignis, & verba illius quasi facula ardebant. Beati sunt qui te audierunt & in amicitia tua decorati sunt. Heliseus non timuit principem, & mortuum prophetauit corpus eius. In vita sua fecit monstra, & in morte sua mirabilia operatus est. Fecit Ezechias quod placuit deo, & fortiter iuit in via Dauid patris sui quam mandauit illi Esaias propheta magnus & fidelis in conspectu dei.

¶ Cap. xxxix.

Memoria Iosif in compoñe odoris facta, opus pigmentarij. In omni ore quasi mel indulcorabitur, memoria eius vt in musica in conuiuio vini. Præter Dauid Ezechiam, & Iosiam, omnes reges peccatum commiserunt. Nam reliquerunt legem altissimi. Zorababel quæst signum in dextera Israel. Nemo natus est in terra quæst Enoch.

¶ Cap. 50.

Simon Oniæ filius sacerdos magnus quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi luna plena, & quasi sol refulgens, sic ille effulsit in domo dei. &c. Circa illum corona fratrum quasi plantatio cedri in monte libano, & quasi rami palmarum circa illum steterunt. Doctrinam sapientiæ & disciplinæ scripsit in codice isto. Iesus filius Syrach Hierosolymita qui renouauit sapientiam. Beatus qui in istis versatur bonis.

¶ Capite vltimo.

EPITOM. EX ECCLĒ.

Confitebor tibi domine rex & collaudabo te deum saluatorem meum. Confitebor nomini tuo, quoniam adiutor & protector factus es mihi. &c. Laudabit usque ad mortem anima mea dominum, quoniam eruis sustinentes te, & liberas eos de omni angustia. &c. Circumdederunt me undique, & non erat qui adiuuaret. Respexi ad adiutorium hominum & non erat qui adiuuaret. Memoratus sum misericordiam tuam domine, & cooperationis tuam quae a saeculo est. Inuocaui dominum patrem domini mei, ut non derelinquat me in die tribulationis meae & in omni tempore superborum. Laudabo nomen tuum domine assidue, & confitebor tibi cum adhuc iuuenior sum antequam oberrem. A iuuentute mea inuestigabam sapientiam. Inclinaui modice aurem meam, & multum profeci in ea. Danti mihi sapientiam dabo gloriam. Venter meus conturbatus est quaerendo sapientiam, propterea bonam possidebo possessionem. Dedit mihi dominus linguam mercedem meam. &c. Congregate vos in domum disciplinae indocti. Animae vestrae sitiunt vehementer. Comparete vobis sine argento sapientiam, et collum vestrum subiicite iugo eius. Videte oculis vestris quia modicum laboraui, et inueni mihi multam quietem. Operamini opus vestrum ante tempus, et dabit vobis mercedem vestram in tempore suo.

¶ Esaias continet capita. LXVI. Et agitur in eo de reprehensione Iudaeorum, & aduentu Christi in carnem, & eius passione; de vocatione gentium, de regno Iuda & Israel.

¶ Caput. I.

Filios enutriui et exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus praesepe domini sui. Israel autem me non cognouit.

Z. 5

D. DIONY. A R I C K. C A R.
Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate. A planta pedis vsque ad verticem capitis non est in eo sanitas. Vulnus & liuor, & plaga tumens. Holocausta artatum & adipem pinguium. &c. nolui. Cum extenderit manus vestras, auertam oculos meos a vobis. &c. Manus enim vestrae sanguine plenae sunt. Lauamini, mundi estote, auferite malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Discite bene agere, quaerite iudicium. &c. Si fuerint peccata vestra vt coccinum quasi nix dealbabuntur. Omnes diligunt munera. Propter hoc ait dominus. Heu ego consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Syon iudicio redimetur. Qui dereliquerunt dominum consumeruntur. Erit fortitudo impiorum vt fauilla stuppae, & opus quasi scintilla, & succendetur vtrumque simul.

¶ Cap. ii.

¶ Erit in nouissimis diebus praeparatus mons domini in vertice montium. &c. (Nota. Istud intelligitur de initio militantis ecclesiae.) Iudicabit gentes, et arguet populos multos. Et constabunt gladios suos in vomeres. &c. (Istud nobis obijciunt iudaei, sed male intelligunt.) Ingredere in petram, abscondere in fossa humo, a facie timoris domini, & a gloria maiestatis eius. Oculi sublimis hominis humiliati sunt & incuruabitur altitudo virorum. Dies domini exercituum super omnem superbum & excelsum & super omnem arrogantem & humiliabitur. Incuruabitur sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum. Eleuabitur dominus solus in die illa, & idola penitus conterentur. Ingredientur caernas saxorum a facie formidinis domini cum surrexit percutere terram. Quiescite ab homine cuius spiritus in naribus eius.

¶ Cap. iij.

Dabo pueros principes eorum, & effeminati dominabuntur eis. Non sum medicus & non est in domo mea

EPITQ. LIB. ESA:

panis, nolite me constituere principem populi. Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt nec absconderunt. Agnitio vultus eorum respondebit eis. Dicite, iusto quoniam bene. Væ impio in malum. Retributio enim manuum eius fiet. Popule meus qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant. Stat ad iudicandum populos dominus. Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui, & principibus eius. Pro eo quod eleuatae sunt filiae Syon, & ambulauerunt collo extenso, decaluabit dominus verticem filiarum Syon. Erit pro suauitate odore foetor, et pro crispanti crine caluicium.

¶ Cap. 4.

¶ Apprehendent septem mulieres, etc. Sanctus vocabitur omnis qui scriptus est in vita in Hierusalem. In die illa erit germen domini in magnificentia et gloria, etc.

¶ Cap. 5.

¶ Expectaui ut faceret vinea mea vinas, et fecit labruscas. Vineam domini exercituum domus Israel est, et viri luda germen delectabile eius. Væ qui coniungitis domum ad domum, et agrum agro copulatis. Nunquid habitabis vos soli in medio terrae? Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, et potandum usque ad vesperam. Captiuus ductus est populus meus quia non habuit scientiam, propterea dilatauit infernus animam suam, et aperuit os suum absque villo termino. Incuruabitur homo et humiliabitur vir, et oculi sublimium deprimentur. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, et quasi vinculum plausivi peccatorum. Væ qui dicitis malum bonum, et bonum malum. Væ qui sapientes estis in oculis vestris, et coram vobismetipsis prudentes. Sicut deuorat stipulam lingua ignis, et calor flammæ exurit, sic radix impiorum quasi fauilla erit, et germen eorum ut puluis ascendet. Abiecerunt enim legem domini. Eleuabit dominus signum in nationibus procul, et sibi labit ad eum de finibus terræ.

¶ Cap. 6.

¶ Vidi dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum, & plena erat omnis domus a maiestate eius. Clamabant alter ad alterum. Sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus exercituum. Plena est omnis terra gloria eius. Væ mihi quia tacui, Vir pollutus labijs ego sum. Audiui vocem domini dicentis. Quem mittam? Et dixi: Ecce ego. Mitte me. Audite audientes & nolite intelligere, &c. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, &c. Semen sanctum erit quod steterit.

¶ Cap. 7.

¶ Hæc dicit dominus. Non erit istud & non stabit. Capur Syriæ Damascus. Si non credideritis, non permanebitis. Adiecit dominus loqui ad Ahas dicens. Pete tibi signum a domino deo tuo, &c. Ecce virgo concipiet, &c.

¶ Cap. 8.

¶ Dominum exercituum ipsum sanctificate, ipse puer uor vester & ipse timor vester. Expectabo dominum qui abscondit faciem suam a domo Iacob, & præstolabor eum. Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi dominus in signum, &c. (Istud allegat Apostolus.

¶ Cap. 9.

¶ (Istud inducit Matthæus de illuminatõe gentium. ea quæ sequuntur.) Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, &c. Populus qui ambulabat in tenebris, &c. Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Et factus est principatus super humerum eius, &c. Populus non est reuersus ad percutientem se, & dominum exercituum non exquisierunt. Erunt qui beatificant populum istum seducentes, & qui beatificantur precipitati. Succensa est quasi ignis impietas, & erit populus quasi esca ignis.

¶ Cap. 10.

¶ Væ qui conidunt leges iniquas, & iniusticias scripserunt. Quid facietis in die visitationis & calamitatis? Ad cuius confugietis auxilium? Væ Assur. Virga furoris mei & baculus ipse est. Ipse aut non sic arbitra-

E P I T O M . E X E S A .

bitur. Nunquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea? &c. Reliquiæ conuertentur, reliquiæ inquam Iacob ad dominum. Si enim fuerit populus tuus Israel quasi arena maris reliquiæ conuertentur ex eo. Consummatio abbreviata inundabit iusticiam. Consummationem & abbreviationem dominus deus exercituum faciet in medio omnis terræ.

Cap. 11.

Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus domini, &c. Non secundum visionem oculorum iudicabit. Spiritu laborum suorum interficiet impium (.i. Antichristum) Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit. Vitulus leo & ouis simul morabuntur, &c. (Ista domesticatio ferarum spiritualiter sumenda est.) Repleta est terra scientia domini, sicut aq̄ maris operientes. In die illa radix Iesse qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur. & erit sepulchrum eius gloriosum. (Hoc in Christo Iesu impletum est. Nota, in isto capitulo multa de Christo, & uocatione primitiuae ecclesiæ ex Iudæis & gentibus.) Leuabit dominus signum in nationes, & congregabit dispersos Israel, &c.

¶ Cap. 12.

Confitebor tibi domine quoniam iratus es mihi, conuersus est furor tuus, &c. Ecce deus saluator meus, fiducialiter agam & non timebo. Quia fortitudo mea, &cæt.

¶ Cap. 13.

Omne cor hominis tabescet, Torfiones & dolores tenebunt quasi parturientis. Factes combustæ vultus eorum. Ecce dies domini veniet crudelis & indignatione plenus, ad ponendam terram in solitudinem, & peccatores eius conterendos de ea, quoniam stellæ cæli & splendor earum non expandent lumen suum. Obscuratus est sol in ortu suo. & luna non splendebit in lumine suo. Et visitabo super orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum. Et requiescet e factam superbiã

D. DIONY. A RICK. CART.
infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo.

¶ Cap. 14.

¶ Prope est vt veniat tempus eius, & dies eius nō elongabuntur. Detrahta est ad inferos superbia tua, cōcidit cadauer tuum. Subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. Quomodo cecidisti de celo lucifer qui mane oriebaris, qui dicebas in corde tuo. In cælum conscendam, super astra cæli exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Veruntamen in infernum detraheris in profundū lacu. Dominus exercituum decreuit & quis poterit infirmare? Pauperes fiducialiter reseruescent.

¶ Cap. 16.

Emitte agnum domine dominatorem terræ, de petra deserti ad montem filiz Syon. Audiuius superbiam Moab, superbus est valde. Superbia eius & indignatio eius, plus quam fortitudo eius. Iccirco vlulabit Moab ad Moab, vniuersus vlulabit.

¶ Cap. 17.

Eris deserta, quia oblita es dei saluatoris tui, & fortis adiutoris tui non es recordata.

¶ Cap. 19.

Ecce dominus ascendet super nubem leuem & ingreditur Aegyptum, & monebuntur simulacra Aegypti (Nota in isto capitulo de vocatione Aegypti ad Christum.) Istud iam positum intelligit de Christi incarnatione, & ingressu in Aegyptum a facie Herodis. ac.) Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis. In die illa erit altare domini in medio terræ Aegypti, & titulus domini iuxta terminum eius. Et cognoscent dominus ab Aegypto. Colent dominum in hostiis & muneribus. In die illa erit Israel tertius Aegypto & Assyrio.

¶ Cap. 20.

Loquutus est dominus Esaiz. Vade & tolle saccum de lumbis tuis. Et fecit sic vadens nudus & discalciatus.

R T.
E P I T O M . E X E S A .

Hæcine erat spes nostra? Et quomodo effugere poterimus nos?

¶ Cap. 21.

¶ Qui incredulus est infideliter agit. Propterea repleti sunt lumbi mei dolore. Corruui cum audirẽ, conturbatus sum cum viderem. Emarcuit cor meum. Super speculam domini ego sum stans iugiter per diem, & super custodiam meam ego sum stans totis noctibus. Custos qui de nocte, custos qui de nocte.

¶ Cap. 22

¶ Comedamus & bibamus, cras enim moriemur.

¶ Cap. 23.

¶ Dominus deus exercituum cogitauit hoc, vt detraheret superbiam omnis gloriæ, & ad ignominiam decederet vniuersos inclytos terræ.

¶ Cap. 24.

¶ Erit sicut populus sic sacerdos. In doctrinis glorificate dominum. In insulis maris nomen domini dei Israel. A finibus terræ laudes audiuius gloriam iusti (Hoc de amplificatõe fidei Iesu Christi dixit propheta) Secretum meum mihi, secretum meum mihi. Cataractæ de excelsis apertæ sunt, & concurientur fundamenta terræ. In die illa visitabit dominus super miliciã celi in excelsis (.i. super dæmones qui sunt in aere) & super reges terræ, & congregabuntur in congregatione vnius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere, & post dies multos visitabuntur. (Istud intelligitur de vniuersali & æterna damnatione reproborum angelorum & hominum) Et erubescet luna & confundet sol, cum regnauerit dominus exercituum in monte Syon, (.i. triumphante ecclesia).

¶ Cap. 25.

¶ Dñe deus meus tu es, exaltabo te, & cõfitebor nomini tuo, qm̄ fecisti mirabilia. Quia factus es fortitudo paupi & egeno in tribulatiõe sua. Faciet dñs exercituũ oibus pplis in monte hoc (.i. in monte Syõ) cõuiuũ pinguiũ, &c. (Istud exponit de institutione Eucharistiæ, quam Christus verus deus in monte Syon instituit.

D. DIONY. A RICK. CART.
Præcipitabit dominus mortem in sempiternum, & auferet lachrymam ab omni facie, & obprobrium populi sui auferet. Ecce deus noster iste, expectauimus eum & saluabit nos. Iste dominus, sustinimus eum, exultabimus & lætabimur in salutaris eius. Et triturbabitur Moab (.i. Antichristus) sub eo (.i. Christo, quia in monte Syon occidetur.)

Cap. 26.

Vrbs fortitudinis nostræ Syon, saluator ponetur in ea murus, &c. Semita iusti recta est.

Et in semita iudiciorum tuorum domine sustinimus te Nomen tuum & memoriale tuum in desiderio anime. Anima mea desiderauit te in nocte, sed & spiritu meo in precordiis meis, de mane uigilabo ad te. Domine da his pacem nobis, omnia enim opera nostra operatus es in nobis. Tantum in te recordemur nominis tui.

Domine in angustia requserunt te in tribulatione murmuris doctrina tua eis. A facie tua domine concepimus, & quasi parturimus & peperimus spiritum salutis. Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent. Vade popule meus, intra cubacula tua, claude ostia tua super te, abscondere modicum ad momentum donec pertranseat indignatio mea. Ecce dominus egredietur de loco suo ut uisitet iniquitatem orbis terræ contra eum & reuelabit terra sanguinem suum, & non operiet ultra interfectos suos.

¶ Cap. 27.

Uisitabit dominus super Leuiathan serpentem tuosum, & occidet cetum qui in mari est. Florebit & geminabit Israel, & implebunt faciem orbis semine. Iste omnis fructus ut auferatur peccatum. Non est populus sapiens, propterea non miserebitur eius qui fecit illum.

Cap. 28.

Erit dominus exercituum corona gloriæ, et fectum exultationis residuo populi sui. Quem docebit dominus scientiam, & quem intelligere faciet auditum. Ab lactatos a lacte, auullos ab ubere (.i. qui solidum cibum

E P I T O . E X E S A .

capere possunt, q̄a carnales mollicies et voluptates vicerunt, hos deus docebit.) Dixistis percussimus foedus cum morte, et cum inferno fecimus pactum. Hæc dicit dominus. Ecce ego mittam in fundamentis Syon lapidem, lapidem angularem, probatum, preciosum in fundamento fundatum. (Istud Petrus in sua Canonica inducit.) Tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui. Et nunc nolite illudere, ne forte constringantur vincula vestra.

¶ Cap. 29.

¶ Erit sicut somnium visionis nocturnæ. Inebriamini et non a vino. Appropinquat populus iste ore suo, et labijs suis glorificat me, cor autem eius longe est a me. Quasi si lutum contra figulum cogitet, et dicat opus factori suo. Quid me fecisti sic? Et figmentum dicat fictori suo non intelligis. Sic omnes quorum sunt in tenebris opera, et dicunt. Quis videt nos, et quis novit nos? Audient surdi in die illa verba libri, et de tenebris et caligine oculi cæcorum videbunt. Addent mites in domino læticiam, & pauperes homines in sc̄to Israhel exultabunt.

¶ Cap. 30.

¶ Væ filij desertores dicit dominus, vt faceretis consilium, & non ex me, & ordiremini telam, & non p̄ spiritum meum, vt adderetis peccatum super peccatum, & os meum non interrogastis. Superbia tantum est, quæ esse. Dicunt videntibus nolite videre, & aspicientibus nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt. Loquimini nobis placentia, videte nobis errores. Hæc dicit dominus. Si reuertamini & quietescatis, salui eritis. In silentio & in spe erit fortitudo vestra. Dixistis, ad equos fugiemus. Ideo fugietis. Et super veloces ascendemus. Ideo veloces erunt qui persequenter vos. Propterea expectat dominus vt misereatur vestri. Exaltabitur dominus parcens vobis, deus iudicij dñs. Beati omnes qui expectant eum. Miserans miserebitur tui. Ad vocem clamoris tui statim, vt audierit respondebit tibi. Erant oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures

D. DIONY. A RICK. CART.
tuæ audient verbum post tergum monentis. Hæc via
ambulate in ea, & neq; ad dexteram neq; ad sinistra. Et
erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis septēpl̄r sicut
lux septem dierum, in die qua alligauerit dñs vuln⁹
populi sui, & percussuram plagæ eius sanauerit. Ecce
nomen domini venit de longinquo, ardens furor eius
& grauis ad portandum. Labia eius repleta sunt
indignatione, spiritus eius torrens inundans ad per-
dendas gentes in nihilum. Auditam faciet dominus
gloriam vocis suæ, & terrorem brachii sui ostendet,
in comminatione furoris, & flamma ignis deuorantis.
Præparata est ab heri tophet, a rege præparata, pro-
funda & dilatata, &cæ. (Tophet. i. gehenna præparata
est reprobis ab heri. i. a principio mundi, quia simul fa-
cta sunt cælum empyreum & infernalis ignis)

¶ Cap. 31.

¶ Aegyptius homo & non deus, & equi eorum caro &
non spiritus. Dixit dominus cuius ignis est in Syon, &
caminus in Hierusalem.

¶ Cap. 32

¶ Lingua balborum velociter loquetur. Stult⁹ enim
fatua loquetur, vt perficiat simulationem, & loquetur
fraulenter. Fraudulenti vasa pessima sunt. Ipse enim
cogitationes concinnabit ad perdendos mites in sermo-
ne mendacii: Princeps ea quæ digna sunt principis
cogitabit. Erat opus iusticiæ pax, & cultus iusticiæ silen-
tium & securitas vsq; in sempiternum. Et se debet popu-
lus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fi-
ducie, & in requie opulenta. Beati qui seminatis su-
per omnes aquas.

¶ Cap. 33

¶ Væ qui prædaris. Nonne & ipse prædaberis? Et qui
spernis, nonne & ipse sperneris. Cum fatigatus desie-
ris contemnere, contemneris. Domine miserere
nostri te enim expectauimus, esto brachium nostrum
in mane & salus nostra in tempore tribulationis.
Diuitiæ salutis sapientia & scientia, timor domini i-
pse thesaurus eius. Angeli pacis (.i. nunchi Eze-
chiae) amare seebunt. Nunc consurgam dicat de-

EPI TO. EX ESA?

minus, nunc exaltabor, &c. Qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne videat malum. Iste in excelsis habitabit, &c. Regem in decore suo videbunt oculi eius. Vbi est literatus, vbi est verba legis ponderans, vbi est doctor paruulorum. Dominus iudex noster, dominus legifer noster, dominus rex noster, ipse veniet & saluabit nos.

¶ Cap. 34.

¶ Complicabuntur sicut liber cæli. Erit terra eius in picem ardentem die ac nocte, non extinguetur in sempiternum. Ascendet fumus eius a generatione in generationem, & desolabitur in secula seculorum. Onocentaurus & pilosus clamabunt ibi. Requiritte diligenter in libro domini & legite.

¶ Cap. 35.

¶ Istud de vocatione gentium ad fidem accipiendum est. Latabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo. Confortate manus dissolutas, etcæ. Pusillanimes confortamini et nolite timere. Ecce deus vester ipse veniet (scilicet per incarnationem) et saluabit vos. Tunc aperientur oculi cæcorum, et aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, et aperta erit lingua mutorum. Via sancta vocabitur, non transibit per eam pollutus, sed qui liberati fuerint et redempti a domino. Venient in Syon cum laude. Læticia sempiterna super capita eorum, gaudium et læticiam obtinebunt, et fugient dolor et gemitus.

¶ Cap. 36.

¶ Quæ est ista fiducia qua confidis?

¶ Cap. 37.

¶ Leua orationem pro reliquis quæ repertæ sunt. (Verba Ezechie) Domine exercituum deus Israel q̄ sedes super cherubin tu es deus solus omnium regnoꝝ terræ. Inclina dñe aurem tuam et audi, aperi oculos tuos et vide. Despexit te, subsannauit te virgo filia Syon. Cum fureres aduersum me, superbia tua ascendit in aures meas dicit dominus. Ponam ergo circulum in naribus tuis, et frenum in maxillis tuis.

D. DIONY. A RICK. CART.
Angelus domini percussit in castris Assyriorum cētum
oetoginta quinque milia.

¶ Cap. 38.

¶ Conuertit Ezechias faciem suam ad parietem & fle-
uit & orauit. Obsecro domine, memento quæso quomo-
do ambulauerim coram te in veritate, & in corde per-
fecto, & quod bonum est in oculis tuis feci. Et fleuit Eze-
chias fletu magno. Et dixit ei dominus, Ecce ego adij-
ciam super dies tuos quindecim annos. Reuersus est
sol decem lineis per gradus quos descenderat in hora-
logio Achaz. Ego dixi in dimidio dierum meorū va-
dam ad portas inferi, &c. Præcisæ est velut a textæ vi-
ta mea, dum adhuc ordire succidit me, &c. Sicut pul-
lus hyrundinis sic clamabo. Meditabor vt columba,
&c. Recogitabo omnes annos meos, in amaritudine
animæ meæ, &c. Ecce in pace amaritudo, &c. Tu au-
tem eruisti animam meam vt non periret, &c. Quia nō
infernus confitebitur tibi, &c.

¶ Cap. 39.

¶ Dixit Ezechias. Bonum verbum domini quod lo-
quutus est. Fiat tantum pax & veritas in dieb. meis.

¶ Cap. 40.

¶ (Istud capitulum loquitur de Christo & eius præ-
cursore.) Consolamini consolamini popule meus di-
cit deus vester, &c. Vox clamantis in deserto parate vi-
am domini, &c. Omnis vallis exaltabitur, &cæ. (Istud
spiritualiter intelligi debet.) Reuelabitur gloria domi-
ni, & videbit omnis caro salutare dei nostri. Omnis ca-
ro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Vere
fœnum est populus. Verbum dei nostri stabit in æter-
num. Ecce dominus in fortitudine veniet, &cæt. Quis
mensus est pugillo aquas, & cælos palmo ponderauit
Quis appendit tribus digitis molem terræ, &cæ. Quis
adiuuit spiritum domini, aut quis consiliarius eius fu-
it ac ostendit illi: Cum quo inijt consilium & instruxit
eum, &cæt. Ecce gentes quasi stilla situlæ, & quasi mo-
mentum stateræ reputatæ sunt, &cæt.
Omnes gentes quasi non sint sic sunt coram illo, & qua

EPITO. EX ESA.

si nihilum & inane reputatæ sunt ei, &c. Cui similem fecistis deum aut quam imaginem ponetis ei? Qui extendit velut nihilum cælo: & expandit illos sicut tabernaculum ad inhabitandum. Dat scrutatores secretorum quasi non sint, &cæ. Et cui assimilastis me dicit sanctus? Leuate in excelsum oculos vestros & videte quis creauit hæc. Deus sempiternus dominus qui creauit terminos terræ non deficiet neque laborabit, nec est inuestigatio sapientiæ eius. Qui dat lasso virtutem. Qui autem sperant in domino mutabunt fortitudinem, assumant pennas sicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.

¶ Cap. 41

¶ Ego dominus, primus & nouissimus ego sum. Glutina, bonum est. Ne timeas quia ego tecum sum, ne declines quia ego deus tuus. Ecce confundentur omnes qui pugnant contra te. Ego dominus exaudiam egenum & pauperem, non derelinquam eos. Annuncia te quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia dixistis vos. Primus ad Syon dicet. Ecce assum, & Hierusalem euangelistam dabo.

¶ Cap. 42.

¶ Ecce seruus meus suscipiam cum, electus meus complacuit sibi in illo anima mea. Dedi spiritum meum super eum, iudicium genibus proferet. Nō clamabit, nec audietur foris vox eius, &c. (Nota, de Christo ista inducit sanctus Matthæus.) Non erit tristis neque turbulentus, et legem eius in insulæ expectabunt. Ego dominus dans flatum populo qui est super terram et spiritum calcantibus eam. Ego dominus vocaui te in iusticia, et apprehendi manum tuam et seruaui te. Et dedi te in fœdus populi, in lucem gentium, vt aperires oculos cæcorum, et educeres de conclusionibus vincum, de domo carceris sedentes in tenebris. Ego dominus hoc est nomen meum. Gloriam meam alteri non dabo. Cantate domino canticum nouum, laus eius ab extremis terræ. (Nota in isto capitulo de illuminatione gentium) Educam cæcos in viam quam nesciunt.

D. DIONY. A RICK. CART.
Ponent domino gloriam, et laudem eius in insulis nū-
ciabunt. Dominus sicut fortis egredietur, etc. Quis cę-
cus, nisi seruus meus? et quis surdus, nisi ad quem nun-
cios meos misi? Qui multa vides non ne custodies?

¶ Cap. 43.

¶ Cum transferis per aquas tecum ero, et flumina nō
operient te. Cum ambulaueris in igne non combure-
ris ait dominus. Omnem qui inuocat nomen meum,
in gloriam meam creauit eum. Ante me non est forma-
tus deus, et post me non erit. Ne memineritis priores,
et antiqua ne intueamini. Populum istum formaui mi-
hi, laudem meam annuntiabit. Seruire me fecisti in
peccatis tuis, prębuiisti mihi laborem in iniquitatibus
tuis. (Hoc in Christo deo incarnato impletum est, q. p-
pter nostra peccata occisus est, etc.) Ego sum qui deleo
iniquitates tuas propter me. Reduc me in memo-
riam.

¶ Cap. 44.

¶ Noli timere seruę meus Iacob. Effundam spiritū
meum super semen tuum, et benedictionem meam su-
per stirpem tuam. Iste dicet, domini ego sum, etc. et.
Ego sum dominus faciens omnia, extendēs cęlos solus,
stabiliens terram, et nullus mecum. Irrita faciens signa
diuinorum.

¶ Cap. 45.

¶ (In isto capitulo loquitur propheta aliqua de Chri-
sto sub persona Ciri regis.) Ego dominus et nō
est alter, formans lucem et creans tenebras, faciens pa-
cem et creans malum. Rorate cęli desuper et nu-
bes pluant iustum, etc. Væ qui contradicit facto-
ri suo. Nunquid dicit lutum figulo suo, quid facis.
Vere tu es deus cęli absconditus deus Israel. Ego
dominus et nō est alius, non in abscondito loquutus
sum. Deus iustus et saluans non est pręter me. Conuer-
timini ad me et salui eritis, omnes fines terrę.
(Nota de diuinitate patris et Christi.) In memetipso
iuravi, egredietur de ore meo iusticię s̄bū et nō reuer-

EPITO. EX ESAIA.

etur, quia mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua. Ad eum venient & confundentur omnes qui repugnant ei.

¶ Cap. 46.

Audite me domus Iacob, qui portamini a meo vtero, & gestamini a mea vulua. Redite per uaticatores ad cor. Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. Audite me duro corde. Prope feci iustitiam meam, non elongabitur, & salus mea non morabitur. Dabo in Syon salutem, & in Israel gloriam meam.

¶ Cap. 47.

Descende, sede in puluere virgo filia Babylon. Vitionem capiam, & non resistet mihi homo. Redemptor noster dominus exercituum, sanctus Israel nomen eius sapientia tua & scientia tua hæc decepit te. Veniet super te malum atque calamitas, & nescies ortum eorum. Veniet super te miseria repente.

¶ Cap. 48.

Sciui quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ænea ait dominus. Propter nomen meum longe faciam furorem meum. Excoxi te, elegi te in camino paupertatis. Propter me propter me ego faciam ut non blasphemem, & gloriam meam alteri non dabo. Ego primus & ego nouissimus. Manus quoque mea fundauit terram, &c. Non a principio in abscondito loquutus sum, ex tempore antequam fierent ibi eram, & nunc dominus misit me, & spiritus eius. (Nota hic apertissime mysterium super sanctæ trinitatis. Dicit enim dominus a domino & spiritu eius se missum.) Hæc dicit dominus redemptor tuus. Ego deus tuus docens te utilia gubernans te in via qua ambulas. Utinam attendisses mandata mea facta fuisset quasi flumen pax tua, & iusticia tua sicut gurgites maris.

¶ Cap. 49.

D. DIONY. A RICK. CART.
¶ Audite insulæ. &c. (Nota in isto capitulo multa de
Christo & vocatione principum gentiliū ad eius fidē.)
Dominus ab utero vocauit. &c. Posuit os meum quasi
gladium acutum, in vmbra manus suæ protexit me.
Iudicium meū cum domino, & opus meum cū deo meo.
Et nunc hæc dicit dñs formans me ex utero seruum si-
bi vt reducam Iacob ad eum, & Israel nō cōgregabitur.
Et glorificatus sum in oculis domini, & dixit. Parum
est vt sis mihi ad suscitandas tribus Iacob, & fræces Ia-
cob conuertendas. Dedi te in lucem gentium, vt sis sa-
lus mea vsque ad ext remum terræ. Hæc dicit domi-
&c. ad contemptibilem animam. &c. Reges videbunt
& consurgent principes & adorabunt. &c. Hæc dicit,
In tempore placito exaudiui te. &c. Nō esurient neque
sifient, & non percutiet eos æstus & sol. Laudate cæli
& exulta terra, iubilate montes laudem domino, quia
consolatus est dominus populum suū, & pauperum suo-
rum miserebitur. (In isto capitulo sunt aliqua quæ Iu-
dæi allegant pro se literaliter, & male intelligunt.)
Nunquid obliuisci potest mater infantem suum, vt non
miseretur filio uteri sui? Et si oblita fuerit, ego tamē
non obliuiscar tui. Angustus est locus mihi, fac spa-
cium mihi vt habitem. Ecce leuabo ad gentes manū
meam, & exaltabo ad populos signum meum. Ego
dominus super quo non confundentur qui expectāt eū

Cap. 50.

Nunquid abbreviata & paruula facta est manus mea,
vt non possim redimere? Dominus dedit mihi linguā
eruditam, vt sciam sustentare eum qui lassus est verbo.
Dominus deus aperuit mihi aurem ego autē non contra-
dico. Corpus meum dedi percutientibus, & genas me-
as vel lētib⁹. Faciem meam non auerti ab increpantib⁹
& cōspuētibus in me. &c. Quis est aduersarius meus?
Accedat ad me. Ecce dominus deus auxiliator meus.
Quis ambulat in tenebris, & non est lumen ei? Speret
in nomine domini & innitatur super deum suum.

E P I T O . E X E S A I A :

Cap. 51.

Gaudium & leticia i ea, & gratiarum actio et vox laudis. Attendite ad me populus meus, quia lex a me exiet, et iudicium meum in lucem populorum requiescet. Me insulae expectabunt. Caeli sicut fumus liquecent, et terra sicut vestimentum atteretur. Nolite timere obprobrium hominum et blasphemias eorum, Qui redempti fuerint a domino reuertentur et venient in syon laudantes, & leticia sempiterna super capita eorum. Gaudium et leticiam obtinebunt, et fugiet dolor et gemitus. Quis tu vt timeas ab homine mortali, et a filio hominis qui quasi fenum arefcit?

Cap. 52.

Excute de puluere, consurge, sede Hierusalem. Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa, quia ego ipse qui loquebar ecce adsum. (sciet per incarnationem.) Simul laudabunt, quia oculo ad oculum videbunt cum conuerterit dominus syon. Parauit dominus brachium sanctum suum i oculis omnium gentium, et videbunt omnes fines terrae salutare dei nostri. Recedite recedite, exite inde, pollutum nolite tangere. Mundamini qui fertis uasa domini. (Nota multa pulchra de Christo, et despectu et gloria eius, de dilatatione fidei eius, et gentium uocatione. &c.) Ecce intelliget seruus meus et exaltabitur et reuelabitur, et sublimis erit ualde. Sicut obstupuerunt super te multi, sic inglorius erit inter viros a spectus eius. Super ipsum continebunt reges os suum, quia quibus non est narratum de eo uiderunt, et qui non audierunt contemplati sunt.

¶ Cap. 53.

Quis credidit auditui nostro. &c. (Nota in isto capitulo de Christi passione magis historia quam prophetiam, ppter prophetiam huius excellentiam euidentissimam) Non est species ei neque decor, Et uidimus eum & non

D. DIONYS. A RICK. CART.
erat aspectus, &c. Vere languores nostros ipse tulit,
& dolores nostros ipse portauit, & nos putauimus il-
lum quasi leprosum & percussum & a deo humilitatum,
Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras
&c. Tradidit in mortem animam suam, et cum
sceleratis reputatus est, et pro transgressoribus rogauit

¶ Cap. 54

Lauda sterilis quæ non parit, decanta laudem et hinni
&c. (Istud de ecclesia ex gentibus congregata exponi-
tur.) Redemptor tuus sanctus israel, deus omnis terræ
vocabitur. Ad punctum in modico dereliqui te, & in mi-
serationibus magnis congregabo te. In mo-
mento indignationis meæ abscondi parumper faciem
meam a te, et in misericordia sempiterna misertus sum
tui, dixit redemptor tuus.

Ecce ego creauit fabrum subsistentem in igne prunas, & pro-
ferentem vas in opus suum, & ago creauit interfectorem
ad disperdendum. ¶ Cap. 55

Omnes sitientes venite ad aquas. &c. Feriam vobis-
cum pactum sempiternum, misericordias David fideles.
Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem
gentibus. Ecce gentem quam nesciebas vocabis. &c.
Quærite dominum dum inueniri potest, inuocate eum
dum prope est. Derelinquat impius viam suam, & vir ini-
quus cogitationes suas &c. Non enim cogitationes meæ
cogitationes vestræ, neque viæ meæ viæ vestræ dicit
dominus. Quia sicut exaltantur cæli terra, sic exal-
tatae sunt viæ meæ a vijs vestris, & cogitationes meæ a
cogitationibus vestris. Verbum meum quod e-
gredietur de ore meo non reuertetur ad me vacuum, sed
faciet quæcumque volui, prosperabitur in his ad quæ
missi illud. Erit dominus nominatus in signum
æternum quod non auferetur.

¶ Cap. 56.

Custodite iudicium & facite iusticiam, quia prope est
salus mea ut veniat, & iusticia mea ut reueletur. Non
dicat Eunuchus, ego lignum aridum. &c.
Dogus mea domus orationis vocabitur cunctis genti-

EPITO. EX ESAIA.

bus. Speculatores eius cæci omnes, canes muti non valentes latrare, videntes vana, et dormientes, Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam, vnusquisque in viam suam declinauit.

Cap. 57.

Iustus perit et non est qui recogitet in corde suo, et viri misericordiae tolluntur, et non est qui intelligat. Mei non est recordata, quia ego tacens, et quasi non vident. Hæc dicit dominus excelsus et sublimis habitans æternitatem, et sanctum nomen eius, in excelso et in sancto habitans & cum contrito & humili spiritu, vt viuificet spiritum humilium & cor contritorum. Spiritus a facie mea egredietur, & flatus ego faciam. Abscondi a te faciem meam, & abiit vagus in via cordis sui. Impi quasi mare feruens quod requiescere non potest. Non est pax impijs dicit dominus.

Cap. 58.

Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum &c. Frange esurienti panem tuum &c. Requiem dabit tibi dominus semper, & implebit splendoribus animam tuam. Si glorificaueris dominum dum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua vt loquaris sermonem, tunc delectaberis super domino, & sustollam te super altitudinem terræ ait dominus &c.

Cap. 59.

Ecce non est abbreviata manus domini vt saluare nequeat, neque aggrauata est auris eius vt non exaudiat, sed iniquitates vestrae diuiserunt inter vos & deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis ne exaudiret. Confidunt in nihilo, & loquuntur vanitates. Peccata nostra responderunt nobis. Et vidit dominus, & malum apparuit in oculis eius.

Cap. 60.

Surge illuminare Hierusalē, quia venit lumen tuum, & gloria dñi sup te orta est &c. Et ambulabunt gentes in lumine tuo. Qui sunt isti g vt nubes volant & quasi colūbæ ad fenestras suas. Ponam visitationem tuā pacē & ppositos tuos iusticiam.

D. DION. A R I C K. C A R T.
Occupabit salus muros tuos. Non erit tibi amplius
sol ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illumi-
nabit te, sed erit tibi dominus in lucem sempiternam &
deus tuus in gloriam tuam. Non occidet ultra sol tu-
us & cæt.

Cap. 61.

Spiritus domini super me eo quod vixerit me, ad
annunciandum mansuetis misit me & c. Et darem lu-
gentibus coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu
pallium pro spiritu mæroris. Isti sunt semen cui bene
dixit dominus. Gaudens gaudebo in domino, & exul-
tabit anima mea in deo meo.

Cap. 62.

Videbunt gentes iustum tuum, & cuncti reges in-
clum tuum. Quia complacuit domino in te. Super mu-
ros tuos Hierusalem constitui custodes tota die & tota
nocte in perpetuum non tacebunt. Qui reminiscimi-
ni domini ne taceatis, & ne detis silentium ei. Iuravit
domini dextera sua.

Cap. 63.

Quis est iste qui venit de Edom & c. (Istud loqui-
tur de Christi ascensione) Miserationum domini re-
cordabor, laudem domini super omnibus quæ reddidit
nobis dominus, quæ largitus est secundum indulgen-
tiam suam. Afflixerunt spiritum sancti eius. Atten-
de de celo & vide. Multitudo viscerum tuorum, & mise-
rationum tuarum super me continuerunt se. Abra-
ham nesciuit nos. Tu domine pater noster, redem-
ptor noster, a seculo nomen tuum. Quare errare nos
fecisti de vijs tuis? & c.

Cap. 64.

Vtinam disrumperes cælos & descenderes. Ocu-
los non vidit deus absque te, quæ præparasti expectan-
tibus te. Ecce tu iratus es & peccauimus, & facti sumus
vt immundi omnes nos. Quasi pannus menstruaræ
vniuersæ iustitiæ nostræ. Et nunc pater noster es tu,
nos vero lutum, & fictor noster tu, & opera manuum
tuarum omnes nos. Non irascaris domine satis & c.

EPITOME EX ESAIA.

Ultra memineris iniquitatis nostræ, ecce respice populus tuus omnes nos.

Cap. 65.

(Nota in isto capitulo de excæcatione Iudæorum, & illuminatione gentium.) Quæsierunt me, qui non interrogabant me &c. Impi sumus erunt coram me, ignis ardens tota die. Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis pro dolore cordis, & pro contritione spiritus ululabitis. Seruos suos vocabit dominus nomine alio. In quo qui benedictus est super terram, benedicetur in deo amen. Oblivioni traditæ sunt angustia priores &c. Ecce enim ego creo caelos novos & terram novam, & non erunt in memoria priora, sed exultabitis & gaudebitis usque in æternum in his quæ ego creo. Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum male dictus erit. Electi mei non laborabunt frustra, quia semen benedictorum domini est. Antequam clament ego exaudiam adhuc illis loquentibus ego audiam.

Cap. 66.

Hæc dicit dominus. Cælum mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorum. Quæ est ista domus quam ædificabitis mihi. Omnia hæc manus mea fecit. Ad quem autem respiciam nisi ad pauperculum & contritum spiritu & tremens sermones meos. Qui immolat bouem quasi qui interficiat virum. Qui mactat pecus, quasi qui excerebret canem &c. Antequam parturiret, peperit: antequam veniret tempus partus eius peperit masculum. Quis audiuit unquam tale, & quis vidit huic simile. Nunquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam dicit dominus. Si ego qui generatione cæteris tribuo sterilis remanebo ait dominus deus tuus. Ecce ego declinabo in eos ut flumen pacis. Quomodo si mater blandiatur, ita & ego consolabor vos. Videbitis & gaudebit cor vestrum &c. Ecce dominus in igne veniet, reddere in indignatione furorrem suum, & increpationem suam in flamma ignis. Ego autem opera eorum & cogitationes eorum venio ut congregem. Mittam ex eis qui saluati fuerint ad

D. DION. A RICK. CART.
gentes, in mari, in Aphricam, in Lydiam tenentes sagittam, in Italiam & Græciam, ad insulas longe &c. & annunciant gloriam meam gentibus, & adducent omnes fratres vestros in equis & quadrigis, & in lectulis & mulis & in carrucis ad montem sanctum meum Hierusalem &c. (Ista vehicula spiritualiter intelligenda sunt) Erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato. Egreſſentur & videbunt cadauera virorum qui præuaricati sunt in me. Vermis eorū non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt vsque ad facietatem visionis omni carni.

Hieremias habet Ca. LII. Et agitur in eo de captiuitate Iudæorum, & de destructione ciuitatis Hierusalem, de planctu & lamentatione propter destructionem istam. Cap. I.

Dixit dominus ad Hieremiam, Priusquam te formarem in vtero noui te, et antequam exires de vulua sanctificaui te &c. Et dixi a a a, domine deus. Ecce nescio loqui quia puer ego sum. Ne timeas a facte eorum, quia ego tecum sum et eruam te dicit dominus. Bellabunt aduersum te et non preualebunt, quia ego tecum sum, dicit dominus, ut liberem te.

Cap. 2.

Quid inuenerunt patres vestri in me iniquitatis dicit dominus, quia elongauerunt a me et ambulauerunt post vanitatem et vani facti sunt. Sacerdotes non dixerunt, ubi est dominus, et tenentes legem nescierunt me, et pastores peruariati sunt in me. Duo malo fecit populus meus, Me dereliquerunt fontem aquæ vitæ, et foderunt sibi cisternas dissipatas quæ continere non valent aquas. Arguet te malitia tua, et auersio tua increpabit te. Scito et vide quia malum & amarum est reliquisse te dominum deum tuum, et non esse timorem eius apud te, dicit dominus deus exercituum. A seculo confregisti iugum meum, rupi

EPITOME EX HIEREM.

si vincula mea & dixisti, Non seruiā. Quomodo conuersa es in prauum vineæ alienæ? Verterunt ad me dorsum et non faciē. Ego ego iudicio contendam tecū eo qđ dixeris non peccaui. Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas.

Cap. 2:

Tu fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuere ad me dicit dominus. Leua oculus tuos in directum, & vide vbi prostrata sis. Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere, Ergo saltem amodo voca me, pater meus es tu. Reuere ad me & non auertam faciem meam, tamen scito iniquitatem tuam, quia in dominum deum tuum præuaricata es. Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina. Non dicent vltra, arca testamenti domini, neque ascendet super cor &c. In tempore illo vocabunt Hierusalem solum domini, et congregabuntur ad eam omnes gentes &c. Conuertimini ad me et sanabo auersiones vestras. Vere in domino deo nostro salus Israel. Si reuertetur Israel ait dominus ad me conuertere.

Cap. 4:

Si abstuleris offendicula tua a facie mea dicit dominus non commoueberis. Nouate vobis nouale, et nolite sedere super spinas. Circumcidimini et auferte præputia cordium vestrorum, ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea, et succendatur, et non sit qui extinguat. Laua malicia cor tuum vt salua fias. Vsquequo morabunt in te cogitationes noxiæ. Vias tuas et cogitationes tuas fecerunt, hæc tibi ait dominus. Sensus cordis mei turbati sunt in me. Sapientes sunt vt faciant mala, bene autem facere nescierunt.

Cap. 5.

Domine oculi tui respiciunt fidē. Percussisti eos et non doluerunt, rennerunt accipere disciplinā. Indurauerunt facies suas sup petram et noluerunt reuere. Nūquid super his nō visitabo ait dominus, et in genti tali non vlciscetur anima mea. Præuaricatione præuaricata est in me domus Israel & domus Iuda ait dominus.

D. DIONY. A RICK CART.

Negauerunt dominum & dixerunt. Non est ipse. (Istud in Christi passione euidenter impletum est.) Audi popule stulte qui non habes cor. Me non timebitis qui posui arenam terminum mari, præceptum sempiternum quod non præteribit. Intumescant fluctus eius, & non transibunt illud. Peccata vestra prohibuerunt bonum a vobis.

Cap. 6.

Erudire ait dominus, ne forte recedat anima mea a te. A minore vsque ad maiorem omnes auaritia student. Pax pax & non erat pax. Confusione autem non sunt confusi & erubescere nescierunt, Quamobrem cadent inter corruentes in tempore visitationis suæ. Interrogate quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis requiem animabus vestris. Holocaustomata vestra non sunt accepta &c. Filia populi mei accingere cilicio, & conspergere cinere, luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum, quia repente veniet vastator super vos. Frustra constauit constator.

Cap. 7.

Bonas facite vias vestras dicit dominus & habitabo vobiscum. Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumes pro eis laudem & orationem, & non obstitas mihi, quia non exaudiam te. Numquid me ad iracundiam prouocant dicit dominus. Nonne semet ipsos in confusione vultus sui. non sum loquutus cum patribus vestris nec præcepti eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti de verbo holocaustomatorum, sed hoc verbum præcepti eis. Audite vocem meam &c. Facti sunt retrorsum & non in ante.

Cap. 8.

Eligent magis mortem quàm vitæ de generatione hæc pessima. Quare auersus est populus iste auersione contentiosa. Miluus in cælo cognouit tempus suum &c. Populus autem meus non cognouit iudicium domini. Numquid resina non est in Galaad &c.

Cap. 9.

Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem

EPITO. EX HIERE.

tem lachrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos
populi mei. Quis dabit mihi in solitudine diuerso-
rium viatorum, & derelinquam populum meum & re-
cedam ab eis. Vnusquisque se a proximo suo custodi-
at, & in omni fratre suo non habeat fiduciam & c. Sa-
gitta vulnerans lingua eorum, In ore suo pacem est
amico suo loquitur, & occulte ponit ei infidias. Quis
est vir sapiens qui intelligat hoc, & ad quem verbum
oris domini fiat. Hæc dicit dominus, Ecce ego ciba-
bo populum istum absynthio, & potum dabo ei aquam
fellis. Deducant oculi vestri lachrymas, & palpebræ
vestræ defluant aquis. Hæc dicit dominus. Non glo-
rietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis
in fortitudine sua, & non glorietur diues in diuitiis su-
is, sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse me,
quia ego sum dominus qui facio misericordiam & iudi-
cium & iusticiam in terra. Hæc enim placent mihi, ait
dominus. Omnes gentes habent præputium, omnis
autem domus Israel incircumcisi sunt corde.

Cap. 10.

A signis cæli nolite metuere quæ timent gentes, quæ
leges populorum vanæ sunt. Non est similis tui do-
mine. Magnus es tu & magnum nomen tuum in forti-
tudine. Quis non timebit te o rex gentium. Tuum enim
est decus. Dominus autem deus verus est, ipse de-
us viuens, & rex sempiternus. Ab indignatione eius
commouebitur terra, & non sustinebunt gentes com-
minationem eius. Qui fecit terram in fortitudine sua,
preparans orbem in sapientia sua, & extendens cælos
prudentia sua. Stultus factus est omnis homo a
scientia sua. Dixi. Plane hæc infirmitas mea est
et portabo illam. Quia stulte egerunt pastores et do-
minum non exquisierunt, propterea omnis grex eo-
rum dissipatus est nec intellexerunt. Scio domine quia
non est hominis via eius, nec viri est ut ambulet et di-
rigat gressus suos. Corripe me domine, Verun-
tamen in iudicio, et non in furore tuo, ne forte ad mihi

D. DIONY. A RICK CART.
lum redigas me.

Cap. 11.

Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelerata multa? Nunquid carnes sanctae auferent a te malitias tuas. Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam. Et non cognoui, quia super me cogitauerunt consilia dicentes, Mirramus lignum in pane inuisus, & eradamus eum de terra uiuentium, & nomen eius non memoretur, ultra. Tu autem domine sabaoth qui iudicas iuste, & probas renes & corda, videam ultionem tuam ex eis. Tibi enim reuelauit causam meam.

Cap. 12.

Iustus quidem tu es domine si disputem tecum. Verumtamen iusta loquar ad te. Quare via impiorum prosperatur, & bene est omnibus qui preuaricantur & inique agunt. Plantasti eos & proficiunt &c. Prope es tui ori eorum, & longe a renibus eorum. Tu domine nosti me. Vidisti me, & probasti cor meum. (Nota de reprobatione Iudaeorum.) Reliqui domum meam dimisi hereditatem meam. Dedi dilectam animam meam in manum inimicorum eius. Facta est mihi hereditas mea quasi leo in sylua. Dedit contra me vocem ideo odiui eam, Pastores multi demoliti sunt vineam meam &c.

Cap. 13.

Computrescere faciam superbiam populi pessimi, qui nolunt audire verba mea, & ambulant in prauitate cordis sui. Haec dicit dominus. Sicut adheret lumbare ad lombos viri, sic adgulari nauis mihi domum Israel ut essent mihi in populum, & in nosmen, & in laudem, & in gloriam. & non audierunt. Nolite eleuari, sed date domino deo vestro gloriam antequam contenebreat, & antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos. Dic regi & dominanti, humiliamini. Si mutare potest Aethiops pellem suam, & pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.

Cap. 16

EPITOME EX HIERE.

Si iniquitates nostræ responderint nobis, domine
fac propter nomen tuum, quoniam multæ sunt auersio-
nes nostræ. Tibi peccauimus expectatio Israel, sal-
uator in tempore tribulationis. (Nota pulcher-
rima de dei incarnatione) Quare quasi colonus ventu-
rus es in terra, & quasi viator declinans ad manendū

Quare venturus es velut vir vagus & fortis, qui non
potest saluare. Tu autem in nobis es domine, &
nomen tuum inuocatum est super nos, ne derelinquas
nos. Deducant oculi mei lachrymam per diem & no-
ctem, & non taceant &c. Cognouimus domine im-
pietates nostras &c. Ne nos des in obprobrium pro-
pter nomen tuum &c.

Crp. 15.

Si steterint Moyses & Samuel coram me non est ani-
ma mea ad populum istum. Væ mihi mater mea
quare me genuisti virum rixæ virum discordiæ! Tu
scis domine, recordare mei & visita me & tuere me ab
his qui persequuntur me. Inuenti sunt sermo-
nes tui, & comedi eos. Et factum est mihi verbum
tuum in gaudium & in læticiam cordis mei. Non sedi
in concilio ludentium, a facie manus tuæ solus sedebā
quoniam amaritudine replesti me. Hæc di-
cit dominus. Si conuerteris conuertam te, & ante fa-
ciem meam stabis, & si separaueris preciosum a vili,
quasi os meum eris.

Cap. 14

(Nota in isto capitulo de liberatione Iudæorum a
captiuitate in qua erant dispersi.) Ecce ego mit-
tam piscatores multos dicit dominus, & piscabuntur
eos. Oculi mei super omnes vias eorum, non sunt
absconditæ ab oculis meis. Domine fortitudo mea
et robur meum, et refugium meum in die tribulatio-
nis. Ad te gentes venient ab extremis terræ et dicent
Vere mendacium possiderunt patres nostri, vanitatem
quæ eis non profuit.

Cap. 17.

Ignē succendisti in furore meo, vsq; in æternū arde-
bit. Hæc dicit dominus: Maledictus homo qui confidit

D. DICNY. A. RIC. CAR.

in homine & ponit carnem brachium suum, & a domino recedit cor eius. Benedictus vir qui confidit in domino, & erit dominus fiducia eius. Præsumptum est cor hominis & inscrutabile, Quis cognoscit illud? Ego dominus scrutans cor & probans renes, qui do vnicuique iuxta vias suas, & iuxta fructum adinventionum suarum, Domine omnes qui te derelinquunt confundentur, recedentes a te in terra scribentur, quoniam dereliquerunt venam aquarum viventium dominum. Sana me domine & sanabor, saluum me fac & saluus ero. Ego non sum turbans te pastorem sequens, & diem hominis non concupiui tu scis. Quod egressum est de labiis meis, rectum fuit in conspectu tuo. Non sis mihi tu formidini spes mea in die afflictionis. Confundantur qui me persequuntur, & non confundar ego &c. Custodite animas vestras.

Cap. 18.

Nunquid sicut figulus non potero facere vobis domus Israel, Ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea. Repente loquar aduersus gentem & regnum, vt eradicem & destruiam illud. Si pœnitentiam egerit gens ista, agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitavi vt facerem ei &c. Attende domine ad me, & audi voces aduersariorum meorum. Nunquid redditur pro bono malum &c. Tu domine scis omne consilium eorum aduersum me. Ne propitius iniquitati eorum, & peccatum eorum non deleatur.

Cap. 20.

Seduxisti me domine & seductus sum, fortior me fuisti & inualuisti. Factus est mihi sermo domini in obprobrium, & in derisum tota die. Et factus est in corde meo quasi ignis exæstuans, claususque in ossibus meis, & defecti, ferre non sustinens. Audiui contumelias multorum, & terrorem in circuitu persequentium persequimini & persequamur eum, ab omnibus viris qui erant pacifici mei &c. Dominus mecum est quasi bellator fortis, Iccirco qui me persequuntur cadent & infirmi erunt. Confundentur vehementer, quia non

EPITOME EX HIERE.

intellexerunt obprobrium sempiternum quod nunquam
delebitur. Cantate domino, laudate dominum, quia
liberavit animam pauperis de manu malorum. Male-
dicta dies in qua natus sum &c. Quare de vulua egres-
sus sum ut viderem laborem & dolorem & consume-
rentur in confusione dies mei.

Cap. 21.

Hæc dicit dominus. Ecce ego do coram vobis viam
vitæ & viam mortis.

Cap. 22.

Terra terra terra, audi verbum domini.

Cap. 23.

Ve pastoribus qui disperdunt & dilacerant gregem
pascuæ meæ dicit dominus. Ecce dies veniunt dicit
dominus, & suscitabo David germen iustum & regna-
bit rex & sapiens erit, & faciet iudicium & iusticiam in
terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habita-
bit confidenter, Et hoc est nomen quod vocabunt eum, do-
minus iustus noster (Istud intelligitur de Christo, & in
Hebræo habetur nomen domini tetragrammaton.)

Coneritum est cor meum in medio mei, contremuerunt
omnia ossa mea, factus sum quasi vir ebrius, & quasi
homo madidus vino a facie domini, & a facie verbo-
rum sanctorum eius. Via impiorum erit quasi lubri-
cū in tenebris, impellentur & corruent in ea. Ecce ego
cibabo eos absynthio, et potabo eos (scz ipsos) Quidam
fuit in cōsilio dñi, et vidit & audiuit sermonē eius. Ecce
turbo dominicæ indignationis egredietur, & tempe-
stas irrumpens super caput impiorum veniet. Non
reuertetur furor domini vsque dum faciat, & vsque
dum compleat dominus cogitationes cordis sui. In
novissimis diebus intelligetis consilium meum.

Putas ne deus e vicino ego sum dicit dominus, & non
deus de longe, si occultabitur vir in absconditis, & ego
non videbo eum dicit dominus. (Nota de im-
mensitate dei.)

Nunquid non cælum & terram
ego implabo dicit dominus. Quid paleis ad triticum
Nunquid non verba mea sunt quasi ignis ait dominus,

D. DICNY. A RIC. CAR.

& quasi malleus conterens petram. Derelinquam vos
& ciuitatem quam dedi vobis & patribus vestris, et
dabo vos in obprobrium sempiternum, et in ignomi-
niam æternam, quæ numquam obliuione delebitur.

Cap. 25.

Dominus de excelso rugiet, quia iudicium domino
cum gentibus. Iudicatur ipse cum omni carne.
Ululate pastores et clamate, et aspergite vos cinere op-
timantes gregis, quia completi sunt dies vestri vt in-
terficiamini, et cadetis quasi vasa preciosa.

Cap. 26.

Dixit Hieremias. Scitote quia si occideritis me, san-
guinem innocentem tradetis contra vosmetipsos.

Cap. 28.

Propheta qui vaticinatus est cum venerit verbum
eius scietur propheta quem misit dominus in veritate.

Cap. 29.

Ego scio cogitationes quas cogito super vos ait do-
minus, cogitationes pacis et non afflictionis vt dem vo-
bis finem et patientiam. Inuenietis me cum que-
sieritis me in toto corde vestro. Dabo eos in ve-

hationem et maledictionem, & in stuporem et in sibi-
lum, et obprobrium, eo quod non audierint verba mea
dicit dominus. Ego sum iudex & testis ait dñs.

Cap. 30.

Væ quia magna dies illa & non est similis ei. Non do-
minabuntur iacob amplius alieni, sed seruient dño deo
suo, & David regi suo quem suscitauit eis (id est, Messie)
Castigo te in iudicio, vt non tibi videaris innoxius, nõ
autem te faciam in consummationem. Plaga in-
mici percussit te, castigatione crudeli. Quid cla-
mas ad me? Insanabilis est dolor tuus. Quis
est iste qui applicet cor suum vt appropinquet mihi,
ait dominus.

Cap. 31.

EPITO. EXHIEREM.

In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserās
 Factus sum Israeli pater, & Esraim primogenitus me-
 us est. Erit anima eorum, quasi hortus irriguus, & vl-
 tra non esurient. Vox in excelsis audita est lamentio-
 nis & planctus Rachel plorantis filios suos, & nolen-
 tis consolari super eis quia non sunt. Hæc dicit domi-
 nus. Quiescat vox tua a ploratu, et oculi tui a lachry-
 mis, quia est merces operi tuo. Castigasti me &
 eruditus sum quasi iuuenulus indomitus. Conuerte
 me domine & conuertar, quia tu es dominus deus meus
 Postquam enim conuertisti me egi penitentiam, & po-
 stquam ostendisti mihi, percussit fornicur meum. Dirige
 cor tuum in viam directam. Usquequo delictis dissol-
 ueris filia vaga? (Nota de Christifera virgine)
 Creauit dominus nouum super terram, fornicina circū
 dabit virum. Vnusquisque in iniquitate sua morietur
 Ois qui comederit vnam acerbā obstupescēt dentes eius.
 (Nota, sequentia verba allegat apostolus de datione
 nouæ legis) Ecce dies veniunt dicit dominus, & fera-
 am domui Israel, & domui Iuda pactum nouum. &c.
 Non docebit vltra vir proximum suum dicens. Cog-
 nosce dominum. Omnes enim cognoscent me a mi-
 nimo eorū vsque ad maximum ait dñs. Hæc dicit do-
 minus qui dat solem in lumen diei, ordinem lunæ atq;
 stellarum, in lumine noctis. &c

Cap. 32.

Domine deus. Ecce tu fecisti cælum & terrā in fortitu-
 dine tua magna, non erit tibi difficile omne verbum q-
 facis misericordiam in milibus, & reddis iniquitatē
 patrum in sinum filiorum post eos. Fortissime, mag-
 ne, potens, dominus exercituum nomen tibi. Magnus
 consilio & incomprehensibilis cogitatu, cuius oculi ap-
 ti sunt super omnes filios Adam, vt reddas vnicuiq; se-
 cundum vias suas. &c. Ecce ego dominus deus vni-
 uerse carnis, Nūquid mihi difficile erit opine verbum?
 Dabo eis cor vnum & viam vnam, & lætabor super eis
 cum bene eis fecero. (Nota in isto capit. de reductiōe si-
 iotum Israel de captiuitate sua.)

Cap. 33.

Clama ad me & exaudiam te, & annuntiabo tibi grandia & firma quæ nescis. (Nota & in isto capitulo de reductione & liberatione filiorum Israel.) In tempore illo, germinare faciam David germen iusticiæ, & faciet iudicium & iusticiam in terra. Si irritum fieri potest pactum meum cum die. &c.

¶ Cap. 36.

Dixit Baruch ad principes iudæ. Ex ore suo loquebatur Hieremias quasi leges omnes sermones istos ad me & ego scribebam in volumine atramento.

Cap. 39.

Eruens, liberabo te, & erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam ait dominus.

Cap. 43.

Dixerunt Iohannam & omnes viri superbi ad Hieremiam. Mendacium tu loqueris, & non misit te dominus &c.

Cap. 44.

Non poterat vos dominus ultra portare, propter malitiam studiorum vestrorum.

Cap. 45.

Væ mihi misero, quia dñs addidit dolorē dolori meo. Laboravi in gemitu meo, & requiem nō inveni.

Cap. 47.

O mucro domini, usquequo non quiescis?

Cap. 48.

Maledictus qui facit opus dei fraudulenter. Quia fecit plus quam potuit, ideo perijt. &c. Audiuimus superbiam Moab. &c. Transfusus non est de vase in vas. Ideo permansit gustus eius in eo, & odor eius non est immutatus.

Cap. 49.

Arrogantia tua & superbia cordis tui decepit te. Cum exaltaueris quasi aquila nidum tuum, inde detrahet te dicit dominus. Quis similis mei, & quæ sustinebit me ait dominus. Et quæ est iste pastor qui resistat vultui meo?

Cap. 50.

In tempore illo venient filij Israel & filij iuda simul. & apponentur ad dominum fœdere sempiterno. &c.

R. EPITO. EX HIEREM.

(Sensum horum verborum diligenter inquire in textu & glosis quia expedit contra Iudæos.) Aperuit dominus thesaurum suum, & protulit vasa iræ suæ. Ecce ego ad te o superbe ait dominus exercituum, quia veniet dies tuus, & tempus visitationis tuæ, & cadet superbus & corruet, & non erit qui suscitet eum.

¶ Cap. 51.

Ecce ego ad te mons pestifer ait dominus qui corrupis universam terram. Curavimus Babylonem & non est sanata, derelinquamus eam.

¶ Treni habent capita V. & continentur in eis lamentationes Hieremias super civitatem Hierusalem.

Caput .I.

Peccatum peccavit Hierusalem, propterea instabilis facta est. O vos omnes qui transitis per viam attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus. De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me. Torcular calcavit dominus virgini filie Iuda. Vide domine quoniam tribulor, conturbatus est veter meus. Subversum est cor meum in me. Cap. 2.

¶ Deduc quasi torrentem lachrymas per diem & noctem, & non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui. Consurge, lauda in nocte in principio vigiliarum, & effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum domini dei tui. Leva ad eum manus tuas. &c.

¶ Cap. 3.

Ego vir videns paupertatem meam, in virga indignationis eius. Factus sum in derisum omni populo, canticum eorum tota die. Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea. Hæc recolens in corde meo, in deo sperabo. Misericordiam domini quod non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes eius. Non diluculo, multa est fides tua. Pars mea dominus dixit anima mea, propterea expectabo eum. Bonus est dominus sperantibus in eum, animam querenti illam. Bonum est præstolari cum si-

D. DIONY. A R I C K. C A R.
lentio salutare dei. Bonum est viro cum portauerit iu-
gum ab adolescentia sua. Sedebit solitarius & tacebit
quia leuabit se super se. Ponet in puluere os suum, si
forte sit spes. Dabit percipienti se maxillam, satu-
rabitur obprobriis. Quia non repellet in sempiternum
dominus, quia & si abiecit, miserebitur secundum mul-
titudinem misericordiarum suarum. Quis est iste qui di-
xit ut fieret, domino non iubente? Scrutemur vias
nostras, & quæramus & reuertamur ad dominum.
Leuemus corda nostra cum manibus ad dominum in ce-
los. Nos inique egimus, & te ad iracundiam prouoca-
uimus, ideo tu inexorabilis es. Opposuisti nubem
tibi, ne transeat oratio. Oculus meus depredatus est a-
nimam meam. &c. Inundauerunt aquæ super caput me-
um. Ne auertas aurê tuâ a singultu meo. Cap. 4.

Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color op-
timus. Qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt
stercora. Manus mulierum misericordiam, coxerunt
filios suos. Facti sunt cibus earum. Spiritus oris
nostri Christus dominus, captus est in peccatis nostris
cui diximus in umbra tua uiuimus in gentibus.

¶ Ex oratione Hieremiæ. Recordare domine quid ac-
ciderit nobis, intuere & respice obprobrium nostrum.
Defecit gaudium cordis nostri, versus est in luctum cho-
rus noster. Væ nobis quia peccauimus. Propterea
mæstum factum est cor nostrum, ideo cõtenebrati sunt
oculi nostri. Quare ergo in perpetuum obliuisceris no-
stri, derelinquis nos in longitudine dierum? Cõuerte nos
dñe ad te & cõuertemur, in noua dies nros sicut a principio

¶ Baruch (qui licet non sit in cano-
ne) habet capita. VI. Et agitur in eo
de verbis quæ legit captiuus in Babi-
lone, de prænuntiatione reditus po-
puli Israel, & eorum quæ futura e-
runt temporibus vltimis.

¶ Caput. I.

EPITOM. EX BAR.

Domino deo nostro iusticia, nobis autem confu-
sio faciei nostrae, sicut est dies haec, &c.

¶ Cap. 2.

¶ Facti sumus subter & non supra, quia peccauim^o do-
mino deo nostro, & non obediuimus ei. Auertatur do-
mine ira tua, quia derelicti sumus pauci. Exaudi domi-
ne & educ nos propter te, & da nobis inuenire gratia.
Non mortui qui sunt in inferno, quorum spiritus acce-
ptus est a visceribus eorum, dabunt honorem domino
sed anima quae tristis est super magnitudine mali, &
incedit curua & infirma, & oculi deficientes, & anima
esuriens dat gloriam & iusticiam tibi domino. Feci-
sti in nobis domine deus noster secundum omnem be-
nignitatem tuam, & secundum omnem miserationem
tuam illam magnam. Dabo eis cor & intelligent, &
aures & audient, & laudabunt me.

¶ Cap. 3

¶ Et nunc domine de^o Israel anima in angustijs & spi-
ritus anxius clamat ad te. Audi domine & miserere, quia
deus misericors es. Domine omnipotens deus Israel au-
di nunc orationem mortuorum tuorum. Propter hoc
dedisti timorem tuum in cordibus nostris, ut inuocemus
te & laudemus nomen tuum. Audi Israel man-
data vitae, auribus percipe ut scias via prudentiae, &c.
Dereliquisti fontem sapientiae. Nam si in via deiambu-
lasses, habitasses utique in pace super terram. Disce v-
bi sit sapientia, vbi sit virtus, vbi sit intellectus, ut sci-
as vbi sit longiturnitas vitae, vbi sit lumen oculorum &
pax. Quis inuenit locum eius (scilicet sapientiae) aut
quis intravit in thesauros eius? Vbi sunt principes ge-
ntium, & qui dominantur super bestias terrae. Qui in
caelis ludunt, qui argentum thesaurizant & auge-
re in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis
eorum. Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt,
& alij in loco eorum surrexerunt, viam autem discipli-
nae ignorauerunt. Viam disciplinae ignorauerunt, ne-
que intellexerunt semitam eius. Filij quoque Agar, qui ex-
gunt prudentiam quam de terra est, viam sapientiae nescierunt

P. DIONY. A RICK. CART.
O Israel quam magna est domus dei, & ingens loc⁹ possessionis eius. Magnus & non habens finem. Excelsus & immensus. Ibi fuerunt gygantes nominati, illi qui ab initio fuerunt statura magna, scientes bellum. Non hos elegit dominus, neque viam disciplinae inueniunt propterea perierunt. Et quia non habuerunt sapientiam interierunt propter suam insipientiam. Quis ascendit in caelum & accepit eam, & deduxit eam de nubibus? &c. Non est qui possit scire vias eius. Stellae autem lumen dederunt in custodijs suis & laetatae sunt. Vocatae sunt, & dixerunt, assumus. Et luxerunt ei cum iocunditate. Qui fecit stellas hic est deus noster, & non estimabitur alius ab illo. Hic adinuenit omnem viam disciplinae, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israel dilectio suo. Post haec in terris visus est & cum hominibus conuersatus est,

¶ Cap. 4.

¶ Hic liber mandatorum dei, & lex quae est in aeternum. Omnes qui tenent eam peruenient ad vitam, qui autem derelinquunt eam ad mortem. Convertere & apprehende eam, ambula per viam ad splendorem eius. Beati sumus, quoniam quae deo placita sunt, manifesta sunt nobis, Animae quior esto popule dei. Exacerbatus est qui fecit vos deum aeternum. Animae quiores estote. In clamate ad dominum, & eripiet vos de manu principum inimicorum. Filij patienter sustinete iram quae superuenit vobis, quoniam induxit vobis mala, ipse enim adducet vobis sempiternam iocunditatem cum vestra salute. Circumspice ad orientem & vide iocunditatem a deo tibi venientem.

¶ Cap. 5.

¶ Exurge & sta in excelso. Constituit enim deus humiliare omnem montem excelsum, & rupes penes, & conualles replere in aequalitatem terrae, ut ambulet Israel diligenter in honorem dei.

¶ Ezechiel continet Cap. XLVIII
Et agitur in eo de visionibus ipsius

R T.
e^o pof
cellus
li qui
n.
e inue
erunt
n.
xit rā
Stel
etata
ixerūt
us no
pit o
puero
sus est

EPITO: EX EZE.
de sceleribus Iudæorum, de ruina Hi
erusalem, & de eius comparatione.

Caput .I.

Q Vatuor facies, & quatuor pennæ vni. Pedes
eorum, pedes recti. Non reuertebant cū ince
derent. Facies eorum, & pennæ eorum exte
rę deluper. Vbi erat impetus spiritus illuc gradiebā
tur, nec reuertebantur cum ambularet. Totum corpus
plenum oculis in circuitu ipsorum quatuor.

¶ Cap. 2.

¶ Tu ergo fili hominis nē timeas, quia increduli & sub
uersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas.

¶ Cap. 3.

¶ Dixit dominus ad Ezechielem. Fili hominis nō ad
populum profundi sermonis & ignotæ linguæ tu mit
teris, & si ad illos mittereris ipsi audirent te. Benedi
cta gloria domini de loco suo. Fili hominis, speculato
rem te dedi domui Israel. Si dicente me ad impiam
morte morieris, non annunciaueris ei vt reuertatur a
via sua impia, ipse impius in iniquitate sua morietur,
sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si au
tem tu annunciaueris impio, & ille non fuerit conuer
sus, ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autē ani
mam tuam liberaſti. Sed & si iustus conuersus a iu
sticia, &c. Linguam tuam adherere faciam palato
tuo, & eris mutus nec quasi vir obiurgās, quia domus
exasperans est. Qui audit audiat, & qui quiescit, quie
ſcat.

¶ Cap. 4.

¶ Complebo furorem meum, & quiescere faciam indi
gnationem meam, & consolabor ait dominus.

¶ Cap. 5.

¶ Contriui cor eorum fornicans & recedens a me, ait
dominus, & displicebant sibi met super malis quæ fece
rant.

¶ Cap. 6.

¶ Finis venit, venit finis sup^{er} quatuor plagas terræ.

VIII
psius

D. DIONY. A R I C K. C A R T.

Cap. 7.

¶ Angustia superueniente requirunt pacem & nõ erit
Conturbatio super conturbationem veniet impijs.

Cap. 9.

¶ A sanctuario meo incipite percutere. Omnem autẽ
super quem videritis signum Thau ne occidatis.

Cap. 11.

¶ (Nota in hoc capitulo de reductione filiorum Israel
a captiuitate eorum) Congregabo vos de populis & a-
dunabo de terris, &c.

Cap. 12.

¶ Hęc dicit dominus ad Ezechielem. Portentum te de
di domus Israel. Dic, Ego portentum vestrum.

Cap. 13.

¶ Non ascendistis ex aduerso, neq; opposuistis vos mu-
rum pro domo Israel, vt staretis in prælio in die domi-
ni. Interfecerunt animas quę non moriuntur, & viuifi-
cabant animas quę non viuunt mentientes. Mœere
fecistis cor iusti mendaciter quem ego non contristau-
& confortastis manus impij.

Cap. 14.

¶ Prophetam cum errauerit, ego dominus decepi, ppheta
tam illum. Terra cum peccauerit interficiam de ea ho-
minem, & iumentũ, & si fuerint tres viri isti in medio
eius, Noe, Daniel, & Iob, ipsi in iusticia sua liberabunt
animas suas, filium autem & filiam nõ liberabunt.

Cap. 16.

¶ Sicut mater ita & filia eius. Ecce hęc fuit iniquitas
Sodomę, superbia, sateritas panis, abundãtia, & ocium
eius.

Cap. 17.

¶ Qui dissoluit pactum, nunquid effugiet?

Cap. 18.

¶ Patres comederunt vĩa acerbã, & dentes filiorum ob-
stupuerunt. Non erit vobis istud in puerbiũ ait dñs. Ec-
ce oēs animę meę sunt. Vt aĩa p̄ris, ita & aĩa filij mea
est. Aĩa q̄ peccauerit ipsa moriet. Filius non portabit
iniquitatẽ patris, & pater non portabit iniquitatẽ filij, &c.

EPITO. EX EZECH.

Si impius egerit penitentiam, omnium iniquitatum eius non recordabor amplius. Nunquid voluntatis meae est mors impij dicit dominus, & non ut conuertatur a vijs suis & viuat? Si autem auerterit se iustus & fecerit iniquitatem, omnes iusticias quas fecerat non recordabor. In praeruaricatione sua, & in peccato suo morietur. Itcirco vnumquemque iuxta vias suas iudicabo dicit dominus. Reuertimini & viuite, quia nolo mortem morientis, sed ut conuertatur et viuat dicit dominus.

Cap. 20.

¶ Vnusquisque offensiones oculorum suorum abiciat, ait dominus. Vivo ego dicit dominus deus, qm̄ in manu forti, & in brachio extento, & in furore effuso regnabo super vos.

Cap. 21.

Tu autem prophane impie dux Israel, cuius venit dies in tempore iniquitatis praefinita, dicit dominus.

Cap. 22.

Ecce complosi manus meas dicit dominus super malicias quas fecisti. Nunquid sustinebit cor tuum, aut p̄ualebunt manus tuae in diebus quos ego faciam tibi, et constabo vos et congregabo vos, et succendam vos in igne furoris mei, et constabimini in medio eius sicut cofatur argentum in medio fornacis et requiescam.

Sacerdotes inter mundum et pollutum non intellexerunt. Haec dicit dominus, Quasiui virum q̄ interponeret sepem, et staret oppositus contra me pro terra ne desiparem eam et non inueni, Et effudi super eos indignationem meam

Cap. 24.

Immundicia tua execrabilis, Quia mundare te volui, et non es mundata a sordibus tuis. Ezechiel erit portentum vestrum

Cap. 27.

(Nota de pygmeis) Sed et pygmei qui erant in turribus tuis (o Tyre) pharetras suas suspenderunt in muris tuis per gyrum. Ipsi compleuerunt pulchritudinem tuam.

¶ Ecce sapientior tu es Daniele? Omne secretum non est absconditum a te. Fili hominis leua planctum super regem Tyri dicens. (Nota de angelo apostata) Tu signaculum similitudinis plenus sapientia, perfectus de core, in delicijs paradysi dei fuisti. Omnis lapis preciosus operimentum tuum. Sardius, Topassus & Iaspis, Chrysolitus & Onyx & Berillus, Saphyrus Carbunculus & Smaragdus. Tu cherub extentus & protegens, & posui te in monte sancto dei. In medio lapidum ignitorum ambulasti, perfectus in vjs tuis a die conditio nis tuæ donec inuenta est iniquitas in te. Repleta sunt interiora tua iniquitate, & cieci te de mōte sancto dei, & perdidisti te o cherub protegens, de medio lapidum ignitorum. Eleuatum est cor tuum in decore tuo, & perdidisti sapientiam tuam in decore tuo. In terram proieci te.

¶ Cap. 31

¶ Cedri non fuerit altiores illo in paradiso dei, &c. (Istud exponi potest de lucifero, quod cedri. i. angeli non fuerunt altiores eo, quia summus erat.)

¶ Cap. 34.

¶ (Nota in isto capitulo de pastoribus) Hæc dicit dominus. Væ pastoribus Israel qui pascebant semetipsos, &c. Lac comedebatis, & lana operiebamini &c. Greges autem meum non pascebatis, quod infirmum fuit non consolidastis, &c. sed cum austeritate imperabatis eis & cum potentia. Et dispersi sunt oues meæ eo quod non esset pastor. Ecce ego dominus requiram gregem meam de manu eorum, &c. Ego ipse pascam oues meas. Saluabo gregem meum ait dominus, & suscitabo super eum pastorem vnum qui pascat eum, Dauid, (id est, Messiam) seruum meum. Ego dominus ero eis in deum et seruus meus Dauid princeps eorum.

Cap. 36.

¶ Effundam super vos aquam mundam, et mundabitur vobis ab inquinamentis vestris, et dabo vobis cor nouum & spiritum nouum ponam in medio vestri.

EPITOM. EX EZECH.

Et auferam cor lapideum de carne vestra, et dabo vobis cor carneum, etc. et faciam vt in præceptis meis ambuletis, et iudicia mea custodistis et operemini. Nō propter vos ego faciam, ait dominus deus, notum sit vobis sed propter nomen sanctum meum. Confundimur aiet erubescite super vñs vestris ait dominus.

¶ Cap. 37.

¶ Nota istud capitulum, vt bene exponatur. Hæc dicit dominus deus. Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris popule meus, & inducam vos in terram Israel, &c. (Nota quæ sequuntur quia de Christo loquuntur. Item nota de Gog & Magog capitulis. 38. & 39.)

Cap. 44.

¶ Porta hæc clausa erit & non aperietur, & vir non tranſiet per eam. Quoniam dominus deus Israel ingressus est per eam, eritq; clausa. Sacerdotes docebunt populum meum, quid sit inter sanctum & pollutum, & inter mundum & immundum. (Nota, quæ in isto & sequenti capitulo dicuntur de sacrificijs & templo spiritualiter, & de futura triumphanti ecclesia sunt exponenda. Item de aquis quæ exponuntur de fonte baptismatis nota capitulo. 47.)

Daniel habet Cap. XIII. Et agitur in eo de Daniele focijsque eius & canticis eorum: De mundi monarchia, de mutationibus temporum: de potestate æternitate regni Christi, de historia Susanne, de destructione Bel atq; interfectione draconis.

Caput. I.

Altrex Arphaxat præposito eunuchorū vt intruderet de filijs Israel pueros in quibus nulla esset macula, decoros forma & eruditos omni

D. DIONY. A RICK. CART.
sapientia:cautos scientia,& doctos disciplina. Propo-
suit autem Daniel in corde suo ne pollueretur de men-
sa regis,neq; de vino potus eius.Dedit autem deus Da-
niel gratiam & misericordiam in conspectu principis
eunuchorū. Et dixit Daniel : Tenta nos obsecro ser-
uos tuos diebus decem, & dentur nobis legumina ad
vascendum,& aqua ad bibendum;& contemplare vul-
tus nostros & vultus puerorum qui vescuntur cibo re-
gio,& sicut videris facies cum seruis suis: Post dies au-
tem decem apparuerunt vultus eorum meliores & cor-
pulentiores,præ omnibus pueris qui vescabantur cibo
regio. Pueris autem his dedit deus scientiam & disci-
plinam in omnilibro & sapientia . Non sunt inuenti
tales de vniuersis vt Daniel Ananias Misael & Asarias

¶ Visio Danielis de lapide qui absci-
sus de monte sine manibus, de Chri-
sto pulchre exponitur.

Caput. II.

Benedixit Daniel deum cæli & loquutus est, Sit
nomen domini benedictum a seculo, & vsque in
seculum, quia sapientia & fortitudo eius sunt,
& ipse mutat tempora & ætates, transfert regna atq;
constituit, dat sapientiam sapientibus. Ipse reuelat
profunda & abscondita, & nouit in tenebris constitu-
ta. Tibi deus patrum meorum confiteor, teque laudo
quia sapientiam & fortitudinem dedisti mihi, & osten-
disti mihi quæ rogavi te. Est deus in cælo reuelans
mysteria.

¶ Cap. 3.

¶ Benedictus es domine deus patrum nostrorum &
laudabilis, & gloriosum nomen tuum in secula, quia
iustus es in omnibus quæ fecisti nobis, & vniuersa o-
pera tua vera, & viæ tuæ rectæ, & vera sunt omnia tu-
dicia tua. Non est confusio confidentibus in te domine
Et nunc sequimur in toto corde nostro & timemus te,
& quærimus faciem tuam. Non confundas nos, sed

EPITO. EX DAN I.

fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuam, & secundū multitudinem misericordiæ tuæ, & crue nos in mirabilibus tuis, & da gloriam nomini tuo, & confundantur omnes qui ostendunt seruis tuis mala. Benedictus es domine deus patrum nostrorum, & laudabilis & super exaltatus in secula. Benedictum nomen gloriæ tuæ sanctum, & laudabile & super exaltatum in omnibus seculis.

Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ, & super laudabilis, & super exaltatus in secula.

Benedictus es in throno regni tui, &c. Benedictus es qui inueris abyssos, & sedes super cherubin, & laudabilis & super exaltatus in secula. Bñdictus es in firmamento cæli, & laudabilis & gloriosus, & super exaltatus in secula. Benedicite oīa opera dñi dño, &c. Bñdicite dño qui eruit nos de inferno, & saluauit nos de manu mortis. Bñdicite omnes religiosi deo deorū, &c. Dixit Nabugodonosor, Ecce video viros quatuor, ambulantes in medio ignis, et species quarti similitis filio dei.

¶ Cap. 4.

¶ Peccata tua elemosynis redime, et iniquitates tuas misericordijs pauperū, dixit Daniel regi Nabugodonosor. Ego Nabugodonosor oculos meos ad cælū leuaui, & altissimo bñdixi, et uiuentē in sempiternū laudaui et glorificaui, quia potestas eius potestas sempiterna, et regnum eius in generationem et generationem, et oēs habitatores terræ apud ipm in nihilum reputant. Iuxta voluntatē suam facit, tam in virtutibus cæli quā in habitatoribus terræ, et non est qui resistat manui eius, et dicat, quare sic fecisti? Nunc igitur laudo magnifico et glorifico regem cæli, qui iam omnia opera eius vera.

¶ Cap. 5.

¶ Tu quoque non humiliasti cor tuum, sed aduersus dominatorem cæli eleuatus es.

¶ Cap. 6.

¶ Eductus est Daniel de lacu leonum, et nulla lesio apparuit in eo, quia credidit deo suo.

¶ Cap. 7.

¶ Aspiciet bñ donec throni positi sunt, et antiquo die se sedet. Vestimentū eius quasi nix candidū, et capilli capitis

D. DIONY. A. RICK. CART,
eius quasi lana munda. Tronus eius flammæ ignis, Ro-
tæ eius ignis accensus (cætera quære) Milia miliū mi-
nistrabant ei, & decies milies centena milia assistebant
ei. Iudicium sedit, & libri aperti sunt. (In isto capitulo
& sequentibus multa scribuntur de Antichristo, quæ in
historia Scholastica satis conuenienter exponuntur, &
cæt. quære) Aspiciebam propter vocem sermonū grā-
dium, quæ cornu illud (f. Antichristus) loquebatur.

Aspiciebam in visione noctis, & ecce in nubibus cæli,
quasi filius hominis veniebat, & usq; ad antiquum die-
rum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum.
Et dedit ei potestatem & honorem & regnum, & oēs
populi, tribus, & linguæ seruient ei. Potestas eius po-
testas æterna quæ non auferetur, & regnum eius quod
non corrumpetur.

Horruit spiritus meus
Aspiciebam, & ecce cornu illud (scilicet antichristus)
faciebat bellum aduersus sanctos, & præualebat eis do-
nec venit antiquus dierum, &c. Nota hic de Antichri-
sto diligenter. Et tradentur in manus eius, f. antichri-
sti, sancti & boni Christiani, vsq; ad tempus & tempo-
ra, & dimidium temporis. i. tres annos cum dimidio.

¶ Cap. 8.

¶ Ego Daniel ægrotavi & langui post visionem p̄dictam

¶ Cap. 9.

¶ Propter te ipsum inclina deus meus aurem tuam,
& audi. Neq; enim in iustificationibus nostris p̄ster-
nimus preces ante faciem tuam, sed in miseracioni-
bus tuis multis. Exaudi domine, placare domine, ne me-
reris. Dixit Gabriel ad Danielem. Septuaginta hebdo-
madæ, supple annorum, abbreviatæ sunt sup populi
tuū, & sup urbem sanctā tuam, & consumetur p̄uarica-
tio, & finem accipiat peccatum, & deleat iniquitas, & ad-
ducatur iusticia sempiterna, & impleatur visio & p̄phē-
tia, & vngat sc̄tus sanctorū. (i. Ch̄s, etc. q̄re in textu.)
Nota hic pulcherrima de tpe aduentus Ch̄s, et passione
ipsius, ac obstinatione Iudæorū. Bñ exponit in Schola-
stica historia, q̄re diligenter.) Et post hebdomades se-
xaginta duas occidet Christus et non erit eius populū

P I T O, E X D A N.

qui eum negaturus est, et ciuitatem et sanctuariū disti-
pabit populus cum duce venturo, et finis eius vastitas
et vsq; in finem perseuerabit desolatio, scilicet Iudæo-
rum excaecatio.

¶ Cap. 10.

¶ Intelligentia opus est in visione. Daniel vir desy-
deriorum intellige. (Nota in isto capitulo de contra-
uersa inter angelos prouinciarum ac populi custodes)
Ex die primo quo posuisti cor tuum ad intelligendū,
vt affligeres te in conspectu dei tui, exaudita sunt ver-
ba tua. Noli timere vir desyderiorum, pax tecum, esto
robustus.

¶ Cap. 11.

¶ In vndecio capitulo nota de antichristo, quæ tamē
partim exponuntur de Antiocho. In tpe illo consur-
get Michael princeps magnus qui stat p filijs populi
tui, et veniet tēpus quale non fuit, ex eo ex q̄ gentes es-
se cōperunt, vsque ad tempus illud. Istud tpe Antichri-
sti implebit. Multi de his qui dormiunt in puluere ter-
ræ, euigilabunt, alij in vitam æternā, alij in opprobri-
um vt videant semper. Qui autē docti fuerint fulgebūt
quasi splendor firmamenti, et qui ad iusticiam crudis-
multos, quasi stelle in perpetuas æternitates. Item no-
ta residuum huius capituli in q̄ de Antichristo tangit,
qd̄ scilicet post mortem eius conuertentur ab eo dece-
pti ad agendam pœnitentiam.

¶ Cap. 13.

¶ Iniquitas egressa est de Babylone a senioribus qui vi-
debant regere populum, ait dñs. Angustia mihi sunt
vndiq;. Sed melius est mihi absq; ope incidere in ma-
nus vestras quam peccare in conspectu domini. Dixit
Susanna. Flens autem Susanna suspexit in cælum. E-
rat enim cor eius fiduciam habens in domino.

Deus æterne qui absconditorū es cognitor qui scis o-
mnia antequam fiant. Reuertimini ad iudicium. Se-
men Chanaan et non Inda species decepit te, et concu-
piscencia subuertit cor tuum.

¶ Cap. vlt.

D. DIONYSI A RICK. CART.

¶ Apprehendit angelus domini Abacuk in vertice eius, et portauit eum capillo capitis sui. Posuitque eum in Babylone super lacum in impetu spiritus sui. Recordatus es mei domine deus meus, et non dereliquisti diligentes te.

Osee continet Cap. XIII. Et loquitur de idolatria populi Israel, signata per mulierem meretricem; de muratione peccatorum, & exhortatur ut filij Israel ad dominum conuertantur

Caput. I.

P Rincipium loquendi domino ad Osee. Et dixit dñs ad Osec. Vade sume tibi vxorem fornicationum, et fac tibi filios fornicationum, quia fornicans fornicabitur terra domino. Erit in loco vbi dicitur eis, non populus meus vos, dicitur eis. Filij dei uentis. (Istud allegat apostolus ad Romanos de uocatione gentium.)

¶ Cap. 2.

¶ Ecce ego sepiam viam tuam spinis, et sepiam eam mœceria. Ecce ego lactabo eam, et ducam eam in solitudinem et loquar ad cor eius. Sponsabo te mihi in sempiternum, et sponsabo te mihi in iudicio et iusticia, et in misericordia et miserationibus, et sponsabo te mihi in fide, et scies quia ego dominus.

¶ Cap. 3

¶ Dies multos sedebunt filij Israel sine rege et sine principe, et sine sacrificio, et sine altari et sine ephod, et sine teraphim. Et post hæc reuertent filij Israel, et quærent dñm deum suum, et Dauid regem suum (.i. Messiam) et paruebunt ad dñm, et ad bonum eius in nouissimo die: (Istud mō in ludæis obstinatis verificatū est, sed in fine mudi antichristi detecta p fida ad Chm reuertentur) & c.

E P I T O. E X O S E

Cap. 4.

Iudicium domino cum habitatoribus terræ. Non est veritas, & nō est misericordia, & non est scientia dei in terra. Maledictum est homicidium, & mendacium & furtum, & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Vnusquisque non iudicet. Popul⁹ tuus sicut hi qui contradicunt sacerdoti. Conticuit populus meus eo quod non habuerit scientiam dei.

Quia tu scientiam repulisti, repellam te ego, ne sacerdotio fungaris mihi. Quia oblita es mei, obliuiscar & ego filiorum tuorum. Gloriam eorum in ignominia commutabo. Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem subleuabunt animas eorum. Et erit sicut populus, sic & sacerdos. Dominum dereliquerunt in non custodiendo. Fornicatio & ebrietas, & vinū auferunt cor. Spirit⁹ fornicationis decepit eos, & fornicari sunt a deo suo. Populus non intelligens vapulabit. Sicut vacca lasciuens declinavit Israel.

Cap. 5.

Attendite hoc sacerdotes quia vobiscum iudicium est. Quoniam laqueus facti estis speculationi, & sicut rete expansum super montem. Victimam declinastis in profundum.

Cap. 6.

In tribulatione sua mane consurgent ad me. Venite & reuertamur ad dominum, quia ipse cepit et sanabit nos, percutiet & curabit nos. Misericordiam volui & non sacrificium, et scientiam dei plus quam holocausta. Ipsi autem sicut Adam prauaricati sunt. In domo israel vidi horrendum.

¶ Cap. 7.

Circudederunt eos ad inuentiones suæ corā facie mea factæ sunt. Omnes adulterātes quasi clybanus succensus a coquente. Comederunt alieni robur eius, & ipse nesciuit. Factus est Effratim quasi columba seducta non habens cor. Væ eis quoniam recesserunt a me. Vastabuntur quoniam prauaricati sunt in me. Et ego redemi eos, & ipsi loquuti sunt contra me mendacia. &c.

D. DIONYSI A RICK. CART.
Et recesserunt a me, Et ego erudiui eos, & roborau
brachia eorum, & in me cogitauerunt maliciam. Re
uersi sunt vt essent absque iugo. &c.

Cap. 8.

Ipsi regnauerunt & non ex me, principes extiterunt &
non cognoui. Ventum seminabunt & turbinē metēt

Cap. 9.

Noli letari Israel & noli exaltari, quia fornicatus es a
deo tuo. Non libabunt domino vinum, & non pla
cebunt ei sacrificia eorum. Profunde peccauerunt.
Vae eis cum recessero ab eis. Exosos habui eos pro
pter maliciam adinventionū eorum, de domo mea eij
ciam eos. Non addam vt diligam eos. Omnes prin
cipes eorum recedentes. Radix eorum exiccata est,
fructum nequaquam facient. Abijciet eos dominus
deus meus. quia non audierunt eum, & erunt vagi in
nationibus.

Cap. 10.

Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Confunde
tur Israel in voluntate sua; Dicent montibus ope
riete nos, & collibus cadite super nos. Iuxta desiderii
meum corripiam eos. Seminate vobis in iustitia, &
metite in ore misericordiae, & innouate vobis nouale.
Tempus requirendi dominum, cum venerit qui doce
bit vos iusticiam.

Cap. 11.

Puer Israel & dilexi eum, & ex Aegypto vocauī filium
meum. Ego quasi nutritius Ephraim, portauī eos in
brachijs meis, & nescierunt quod curauī eos. In funi
culis Adam traham eos, in vinculis charitatis. Popu
lus meus pendebit ad reditum meum.

Cap. 12.

Iuxta vias eius, & iuxta aduentiones eius reddet ei.
Misericordiam & iudicium, & spera in deo tuo semper
In manu prophetarum assimilatus sum.

Cap. 3.

Ego dominus deus tuus, & saluator non est praeter me.

EPITO. EX OSEE.

Saturati sunt & eleuauerunt cor suū, & obliti sunt mei.
Occurram eis quasi vrsa raptis carulis, & dirumpam
interiora eorum, & consumam eos vt leo.
Perditio tua Israel exte, in me tantummodo auxiliū
tuum. Dabo tibi regem in furore meo. De manu
mortis liberabo eos, de morte redimam eos.
Ero mors tua o mors, ero morsus tuus inferne.

¶ Capite. vlt. f. 14.

Conuertere ad dominum deum tuum, quoniam corru-
isti in iniquitate tua. Tollite vobiscum verba, & cō-
uertimini ad dominum & dicite ei. Omnem aufer inī-
quitatem, & accipe bonum, & reddemus vitulos labio-
rum nostrorum. Sanabo contritiones eorum, diligā
eos spontanee, quia auersus est furor meus ab eis. &c.
Ero quasi ros. Israel germinabit q̄si lilium. Conuertentē
sedentes in vmbra mortis. Quis sapiens & intelliget
ista, intelliget & sciet hęc? Quia rectæ viæ domini, &
iusti ambulabunt in eis, præuaricatores vero corruēt
in eis.

¶ Joel habet Cap. III. Et loquitur de
consumptione terræ per erucam, bru-
cum, locustam, & rubiginem: de indu-
ctione ad pœnitentiam, & de iudicio
futuro.

Caput primum.



Xpergiscimini ebrī & fete, & vlulate o-
nes qui bibitis vinum in dulcedine. Cō-
putruerunt iumenta in stercore suo.

Cap. 2.

Conturbentur omnes habitatores terræ,
quia venit dies domini, dies tenebrarum
& caliginis. Stimilis ei nō fuit a principio, & post eum
non erit. Ante faciem eius ignis vorans, & post eum
exurens flamma. A facie eius cruciabuntur populi, om-
nes vultus redigentur in ollam.

D. DIONY. A R I C K. C A R T.

A facie eius contremuit terra, & moti sunt cæli, sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum. Multa sunt nimis castra domini (id est, angeli sancti) fortia & facientia verbum eius. Magnus dies domini & terribilis valde. Et quis sustinebit eum? Nunc ergo hæc dicit dñs. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu & plâctu, & scindite corda vestra & non vestimenta vestra. &c. Conuertimini ad dominum deum vestrum, quia benignus & misericors est, patiens et multæ misericordiæ, & præstabilis super maliciã. Quis scit si ignoscat deus, et relinquat post se benedictionem. Sacrificium et libamen domino deo nostro. Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes. &c. Exultate in domino deo vestro, qui dedit vobis doctorem iusticiæ. Non confundetur populus meus in sempiternum. Post hæc effundam de spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri et filia vestra. (Istud Petrus allegat in actibus. &c) In monte Syon et in Hierusalem erit saluatio, et in residuis quos dominus vocauerit.

¶ Cap. 3.

Nota de iudicio vltimo.

Congregabo omnes gentes, et deducam eos in vallem Iosaphat, et disceptabo ibi cum eis. Cito velociter redam vicissitudinem super caput vestrum. Consurgat et ascendant gentes in vallem Iosaphat, quia ibi se debeat iudicem omnes gentes in circuitu. &c. Et dominus de Syon rugiet, & de Hierusalem dabit vocem suam, et mouebuntur cæli et terra, et dominus spes populi sui.

¶ Amos complectitur Capita. IX.
Et loquitur de sceleribus Iudæorum & Gentium, de ira dei & vindicta super eos ventura: Inducit quoque ad penitentiam & prædicit finalem reparationem.

EPITO. EX AMOS

Cap. I.

Dominus de Syon rugiet, etcæ.

D Super tribus sceleribus Israel, et super quatuor non conuertam eum. pro eo quod vendiderit pro argento iustum et pauperem pro calciamento. Ecce ego stridebo subter vos sicut stridet plaustrum onustum feno, et peribit fuga a veloce, et fortis non saluabit animam suam.

Cap. 2

¶ Cap. 3.

¶ Visitabo super vos omnes iniquitates vestras. Si erit malum in ciuitate quod dominus non fecit. Quia non faciet dominus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas. Leo rugiet, quis non timebit? Dominus deus loquutus est, quis non prophetauit? Nescierunt facere rectum dicit dñs, thesaurizantes impietatem.

¶ Cap. 4.

¶ Iurauit dominus in sancto suo quia ecce dies veniet super vos et leuabunt vos in contis, et reliquias vestras in oellis feruentibus, et per aperturas exhibitis altera contra alteram et proiciemini in Arnon dicit dominus. Preparare in occursum dei tui Israel, quia ecce formans mentes et creans ventum, et annuncians homini eloquium suum, faciens matutinam nebulam, etc. Dominus exercituum nomen eius.

¶ Cap. 5.

¶ Domus Israel cecidit, non adiciet ut resurgat. Faciens arcturum et orionem, conuertens tenebras in mane, et diem nocte mutans. Qui vocat aquas et effundit eas super faciem terræ, dominus nomen eius. Odio habuerunt corripientem, loquentem perfecte abominati sunt. Cognoui multa scelera vestra, et fortiora peccata vestra. Nunquid hostias et sacrificia obtulistis mihi in deserto quadraginta annis domus Israel etcæ. (Istud inducit Stephanus in actibus Apostolorum.)

D. DIONY. A RICK. CART.

Cap. 6.

Væ qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in
stratis vestris. Iurauit dominus deus in anima sua, de
testor ego superbiam Iacob, & domus eius odi. Væ
qui lætamini in nihilo, qui dicitis, Nunquid non in for-
titudine nostra assumpsimus nobis cornua, qui conuer-
tistis in amaritudinem iudicium, & fructum iusticie in
absynthium &c.

Cap. 7.

Domine deus propicius esto, & quiesce obsecro.
Non sum propheta, & non sum filius propheta.

Cap. 8.

Venit finis super populum meum Israel, non adij-
ciam ultra vt, pertranseam eum. Iurauit dominus, si
oblitus fuero vsque ad finem omnia opera eorum. Ec-
ce dies veniunt dicit dominus, & emittam famem in
terrâ, non famem panis neque sitim aquæ, sed audiendi
verbum dei &c.

Cap. 9.

Qui ædificauit in cælo ascensionem suam &c. In
die illo suscitabo tabernaculum Dauid quod cecidit &
reædificabo aperturas eius &c. (Nota istud alle-
gat apostolus Iacobus in actibus apostolorum, tamen
secundum translationem septuaginta interpretum.

Abdias vnicum habet caput, Et lo-
quitur de comminatione & destru-
ctione Aedon & Esau.

Superbia cordis tui extulit te habitantem in
scissuris petrarum, exaltantem solium tuum.
Si exaltatus fueris vt aquila, & si inter syde-
ra posueris nidum tuum, inde detraham te, di-
cit dominus. Omnes viri fœderis tui, illuse-
runt tibi &c. Qui comedunt tecum, ponent in
fidias subter te. Propter iniquitatem in fratrem tuum
operiet te confusio, & peribis in æternum. Sicut feci
isti fiet tibi. Ascendent saluatores in montem Syon ut
dicare, & erit domino regnum.

EPITO. EX IONA.
Jonas continet Cap. III. Et loquitur
de naufragio Ionæ, & in hoc
Christi passionem præfigurans,
mundum ad pœnitentiam reuocat,
atque sub nomine Niniuæ salutem
gentium præfiguratur.

Cap. I.



Vid tu sopore deprimeris? Surge & inuo-
ca deum tuum, si forte cogitet deus de no-
bis & non pereamus.

Cap. 2.

Præparauit dominus piscem grandem
& erat Ionas in ventre piscis tribus dieb⁹
& trib. noctibus. Dixit Ionas, Clamaui ad dominum
de tribulatione mea, & exaudiuit me. Subleuabis de
corruptione vitam meam domine deus meus. Cum an-
gustiareretur in me spiritus meus, domini recordatus
sum. Qui custodiunt vanitates frustra miam suam
derelinquunt. Ego autem in voce laudis immolabo tibi
quæcunque voui reddam domino pro salute. Et di-
xit dominus pisci, & euomit Ionam in aridam.

Cap. 3.

Niniue erat ciuitas magna itinere dierum trium. Et
crediderunt Niniuitæ domino & operti sunt sacco &c.
Quis scit si conuertatur & ignoscat deus, & reuertatur
a furore iræ suæ, & non peribimus. Et vidit deus ope-
ra eorum & misertus est.

Cap. 4.

Et nunc domine, tolle quæso animam meam, quia
melior est mihi mors quam vita. Putasne bene iras-
ceris tu?

Micheas habet Cap. VII. Et prædi-
cit Samariæ deuastationem & cap-

D. DICNY. A RIC. CAR.
tuitatem, atque interitum princi-
pum Israel & pseudoprophetarum
& de ingratitude & malicia eo-
rundem.

Cap. I.

Faciam planctum velut draconum, & luctum qua-
si struthionum, quia desperata est plaga eius.

Cap. 2.

Væ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubili-
bus vestris, quoniam contra dominum est manus eorū,
Hæc dicit dominus. Ecce ego cogito super familiam
istam malum unde non auferetis colla vestra, & non
ambuiabitis superbi, quoniam tempus pessimum est.
Nonne verba mea bona sunt cum eo qui recte graditur
Dixit Micheas. Utinam non essem vir habens spiritum,
& mendatium potius loquerer. Congregatione con-
gregabo te Iacob totum &c. (Inquire in textu & expo-
sitionem scrutare.

Cap. 3.

Nunquid vestrum est scire iudicium, qui odio habetis
bonum, qui comedunt carnem populi mei, & pellem de
super excoriarunt, Tunc clamabunt ad dominum &
exaudiet eos sicut nequiter egerunt, &c. Veruntamen
ego repletus sum fortitudine spiritus domini, virtute
& iudicio, ut annunciem Israel scelus & peccatum suū.
Audite hæc quæ abominamini iudiciū & recta peruertitis

Cap. 4.

Et erit in nouissimo dierum, erit mons domus domini
præparatus in vertice montium &c. (Nota istud habe-
tur supra in Esaia, quære ergo & inspicere utrobique te-
xtum ac sensum) Nos ambulabimus in nomine dei no-
stri in æternum & ultra. Et tu turris gregis nebulosa fi-
liæ Sion, ad te veniet potestas prima regnum filiæ Hie-
rusalem. Nunc quare mœrore consumeris, Nunquid
rex non est tibi, aut consiliarius tuus perijt, quia com-
prehendit te dolor sicut parturientem.

EPITO. EX MICHEA.

Cap. 5.

Nota in isto de duplici Christi natura ac generatione
 æterna. Item nota totum capitulum, quoniam pulcher-
 rimum est. J Et tu Bethlehem Effrata, paruulus es
 in milibus Iuda. Ex te mihi egredietur qui sit domina-
 tor in israel, & egressus eius ab initio a diebus æterni-
 tatis. Et stabit & pascet in fortitudine domini, & con-
 uertetur, quia nunc magnificabitur vsque ad terminos
 terræ in medio vniuersæ terræ. Et erit iste pax Assy-
 rius cum venerit, & quando calcauerit in domibus no-
 stris. Exaltabitur manus tua super hostes tuos, & om-
 nes inimici tui interibunt.

Cap. 6.

Judicium domini cum populo suo. P opule meus quid
 feci tibi, aut quid molestus fui tibi, responde mihi &c.
 Quid dignum offeram domino. Curuabo genua deo
 excelo. Nunquid offeram ei & holocaustomata. Nun-
 quid placari potest dominus in milibus arietum, aut in
 multis milibus hircorum pingutum. Indicabo
 tibi o homo quid sit bonum, & quid dominus requirat
 a te. Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam
 & sollicitum ambulare cum deo tuo. Salus erit timent
 bus nomen tuum domine.

Cap. 7.

Væ mihi quia factus sum sicut qui colligit in autumnio
 racemos vindemiæ. P ræcoquas ficus desiderauit ani-
 me mea. Perit sanctus de terra, & rectus in homini-
 bus non est. Vir fratrem suum venatur ad mortem.
 Ab ea quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tuæ
 quia filius contumeliam facit patri &c. Inimic
 ci hominis domestici eius. Ego autem ad dominum
 aspiciam, & expectabo deum saluatorem meum. Audi
 et me deus meus. Ne lateris inimica mea super me, quæ
 cecidi, confurgam. Cum sedero in tenebris dominus
 lux mea est. Iram domini portabo quia peccaui ei, do-
 nec causam meam iudicet.

D. DION. A. RICK. CART.

Et deducet me dominus in lucem, & videbo iusticiam eius. Et aspiciet me inimica mea, & operietur confusio ne quæ dicit ad me, Vbi est deus tuus. Pasce populum tuum in virga tua, gregem hæreditatis tuæ. Videbit gentes & confundentur super omni fortitudine sua. Non immittet dominus ultra furorem suum, quoniam volens misericordiam est. Reuertetur & miserebitur nostri. Deponet iniquitates nostras, & projiciet in profundum maris omnia peccata nostra.

Naum habet Cap. III. Et loquitur de ira dei & vindicta graui contra Niuiuen, qui ad prædicationem Ionæ poenitentiam egerunt de peccatis, & postea fuerunt peccatis maioribus inuoluti. Cap. I.

DEus æmulator & viciscens dominus. Viciscens dominus & habens furorem, viciscens in hostes suos. Dominus in tempestate & turbine viæ eius. Increpans mare & exiccans illud. Ante faciem indignationis eius quis stabit, & quis resistet in ira furoris eius. Bonus dominus & confortans in die tribulationis, & sciens sperantes in se. Quid cogitatis contra dominum, consummationem ipse faciet. Non consurget duplex tribulatio. Ecce super montes pedes euangelizantis & annunciantis pacem.

Cap. 3.

Aquam propter obsidionem hauri tibi, extræ munitiones tuas.

Abacuc continet Cap. III. Et loquitur de disputatione, quam propheta fecit cum deo & hoc mundo: & quomodo iusti conculcatur, & prosperantur iniqui. Cap. I.

EPITOME EX ABACVC.

Vsquequo domine clamabo, & non exaudies, vociferabor ad te vim patiens, & non saluabis. Quare non respicis contemptores & taces conculcante impio iustiores se. Propter hec lacerata est lex.

Quia impius præualet aduersus iustum, propterea egreditur iudicium peruersum. Nunquid non a principio domine deus meus, sancte meus, & nõ moriemur. Mundi sunt oculi tui ne videas malum, & respicere ad iniquitatem non potes. Quare nõ respicis super inique agentes, & taces deuorante impio iustiores se.

Cap. 2.

Super custodiam meam stabo, & figam gradũ meũ super muntionem & contemplabor. Vt videam quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me. Apparebit dominus in finem & non mentietur, si moram fecerit expecta eum, qui ueniens ueniet & non tardabit. Ecce qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso. Iustus autem in sua fide uiuet. Quõ uinum potantem decipit, sic erit uir superbus, & non decorabitur. Qui dilatat quasi infernus animam suam & ipse quasi mors, & non adimplebitur. Væ ei qui multiplicat non sua. Vsquequo aggrauat contra se lutum densum. Væ qui potum dat amico suo, mittens fel suum, & inebrians, ut aspiciat nuditatem eius. Dominus autem in templo sancto suo, fileat a facie eius omnis terra.

Cap. 3.

Domine audiui auditionem tuam & timui &c. Operuit cælos gloria eius, & laudis eius plena est terra. Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius. Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo &c. Ego autem in domino gaudebo, & exultabo in deo Iesu meo. Deus dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos quasi ceruorum. Et super excelsa mea deducet me victor, in psalmis canentem.

D. DION. A RICK. CART.
Sophonias habet Cap. III. Et loquitur
de iudicio dei contra Iudæos
& gentes & de consolatione Israel.
Cap. I.



Ruina impiorum erunt, & dispergam eos a facie terræ dicit dominus. Disperdam eos qui auertuntur de post tergum domini dicit dominus, & qui non exquisierunt dominum, nec inuestigauerunt eum. Stilete a facie domini dei, qui a iuxta est dies domini. Visitabo super omnem qui arroganter ingreditur, & qui compleuit domum dei sui iniquitate & dolo. Et erit in tempore illo scrutabor Hierusalem in lacernis, & visitabo super viros defixos in fecibus suis, qui dicunt, Non faciet bene dominus, & non faciet male. Iuxta est dies domini magnus, iuxta & velox nimis Vox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustię, dies calamitatis & miserię, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulę & turbinis, dies tubę & clangoris. Ambulabunt vt cęci, quia domino peccauerunt. In igne zeli domini deuorabitur omnis terra, quia consummationem cum festinatione faciet dominus cunctis habitantibus terram.

Cap. 2.

Querite dominum omnes mansueti terrę, qui iudicium eius estis operati. Querite iustum, querite mansuetum, si quo modo abscondamini in die furoris domini, Horribilis dominus super impios, & attenuabit omnes deos terrę, & adorabunt eum viri de loco suo omnes insulę gantium.

Cap. 3.

Expecta me dicit dominus in die resurrectionis meę in futurũ &c. Quare totũ istud, quia de Christo exponitur resurgente. Lauda filia Sio tubila Israel, exulta in omni corde tuo filia Hierusalem, Abstulit dominus iudicium tuum, auertit inimicos tuos rex Israel, Domi

EPI TO. EX AGGAE O.

nus in medio tui, non timebis malum vltra. Nolite timere, non dissoluantur manus vestrae. Dominus deus in medio tui fortis, ipse saluabit. Gaudebit super te dominus in letitia, silebit in dilectione tua, & exultabit super te in laude.

Aggaeus habet Cap. II. Et praedicit reuersionem Iudaeorum, de reaedificatione templi, ac ciuitatis renouatione

Cap. I.



Non time corda vestra super vias vestras.

Cap. 2.

Spiritus meus erit in medio vestri, nolite timere. Adhuc vnum modicum, & ego mouebo caelum & terram, & mare & aridam, & mouebo omnes gentes. Et veniet desideratus cunctis gentibus, & implebo domum istam gloria, dicit dominus. Magna erit gloria domus istius nouissimae plus quam primae dicit dominus. Et in loco isto dabo pacem. (Nota de Christi aduentu prophetiam euentem atq; pulcherrimam. Loquitur autem propheta de domo facta per Zorobabel.) Percussit vos vento, & erugine & gradine, & non fuit in vobis q reuerteret ad me dicit dñs. In die illo dicit dñs assumam te Zorobabel fili Salatiel serue meus dicit dominus. Et ponam te quasi signaculum, quia te elegi dicit dominus exercituum.

Zacharias habet Cap. XIII. Et loquitur de liberatione Iudaeorum & de vindicta contra inimicos eorum, de humilitate aduentus Christi & passione eiusdem.

Cap. I.

Haec dicit dñs exercituum. Conuertimini ad me & conuertar ad vos. Ne sitis sicut patres vestri

D. DIONY. A RICK CART.

Conuertimini de vñs vestris malis, & cogitationibus vestris pessimis dicit dominus. Ira magna ego irascor super gentes opulentas dicit dominus. Reuertar ad Hierusalem in misericordijs.

Cap. 2.

Ecce angelus qui loquebatur in me egrediebatur, & alius angelus egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eum. Curre, loquere ad puerum istum, dicens: Absque muro habitabitur Hierusalem. Hæc dicit dominus exercituum, Post gloriam misit ad me gentes quæ spoliauerunt vos. Qui tetigerit vos, tangeret pupillam oculi eius, & cognoscetis quia dominus exercituum misit me. Lauda & lætare filia Sion, quia ecce ego venio & habitabo in medio tui, ait dominus, & applicabuntur gentes multæ ad dominum in die illa, & erunt mihi in populum, & habitabo in medio tui, & scies quia dominus exercituum misit me ad te. (Nota. In verbis istis dicit dominus exercituum se mitti a domino exercituum, in quo tangitur pluralitas personarum ac Christi diuinitas) Sileat a facie domini omnis caro, quoniam niam consurrexit de habitaculo sancto suo.

Cap. 3.

Dixit dominus ad Satan, Increpet in te dominus Satã, & increpet dominus in te. (Nota hic dicitur ter dominus ad designandum in simplici deo personalem trinitatem. Ecce ego adducam seruum meum orientem (id est, Christum) Item oriens id est, Messias secundum translationem chaldaicam. Super lapidem vnum septem oculi sunt, Ecce ego celabo sculpturam eius ait dominus, & auferam iniquitatem terræ illius in vna die. (Nota in Christo lapide angulari sunt septem dona sancti spiritus. Item spiritus sanctus formauit sculpturam id est, corpus eius, & in die Parasceues abstulit Christus mundi peccata.

Cap. 4.

Non in exercitu nec in robore, sed in spiritu meo dicit dominus exercituum. Isti sunt duo filij dei, qui

EPITOME EX ZACHA.

assistenti dominatori vniuersæ terræ.

Cap. 6.

Ecce vir oriens nomen eius, & subter eum orietur, & ædificabit templum domino, & ipse portabit gloriam & sedebit & dominabitur in solio suo, & erit sacerdos super solio suo, & consilium pacis erit inter duos illos, (quia in Christo pagani & iudæi in vna fide congregati sunt. Item hæc propheta in Christo impleta est, qui ædificauit templum, id est ecclesiam, & dominatur in militanti & c.

Cap. 7.

Iudicium vtrum iudicate, & misericordiam et miserationes facite vnusquisq; cū fratre suo, et malum viri fratri suo non cogitet in corde suo. Noluerunt attendere & auerterunt scapulas recedentes & aures suas aggrauauerunt ne audirent legem. Cor suum posuerunt vt adamantem, ne audirent legem.

Cap. 8.

Zelatus sum Sion zelo magno dicit dominus. Sicut cogitavi vt affligerem vos, cum me ad iracundiam & c. Veritatem tantum et pacem diligite. Ibi mus vobiscum. Audiuit enim, quoniam dominus vobiscum est.

Cap. 9.

Exulta satis filia Sion iubila filia Hierusalem, ecce rex tuus venit tibi iustus et saluator. Ipse pauper et ascendens super asinam, & super puclum filium asinæ, & loquetur pacem gentibus. Potestas eius a mari vsque ad mare, & a fluminibus vsque ad fines terræ. Tu quoque in sanguine testamenti tui, emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. (Christus enim eduxit patres de lybo.) Quid bonum domini & quid pulchrum eius nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines? Istud intelligitur de corpore et sanguine Christi.

Cap. 10.

Pete pluuiam a domino, in tempore serotino. Super

D. DIONY. A RICK CART.
pastores iratus est furor meus ait dominus.

Cap. 11.

Benedictus dominus, diuites facti sumus. Dixi, si bonum est in oculis vestris afferte mercedem meam, & si non, quiescite. Et apprehenderunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit dominus ad me. Projice eos ad statuarium. Decorum precium, quo appreciatus sum ab eis. (Nota de Christi venditione. Nota in isto capitulo de malo pastore quid faciat &c.) O pastor & idolum derelinquens gregem. Brachium eius ariditate ficcabitur &c.

Cap. 12.

Dixit dominus extendens caelum & fundans terram & fingens spiritum hominis in eo. Et erit qui offenderit ex eis in die illa, id est tempore gratiae, quasi David & domus David quasi dei, sicut angelus domini in conspectu eorum. L Istud dicit propheta ad designandum magnitudinem misericordiae dei tempore Christi & gratiae. Effundam super domum David spiritum gratiae & precum. Aspicient ad me quem confixerunt, & plagent eum planctu quasi super unigenitum, & dolebunt super eum sicut doleri solet in morte primogeniti.

Cap. 13.

Nota de fonte baptismi. In die illa erit fons patens domui David id est, ecclesiae Christi, & habitantibus Hierusalem in ablutionem peccatoris & menstruatæ. In die illa dicit dominus disperdam nomina idolorum de terra. Non sum propheta, homo agricola ego sum, Et dicentei. Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum. Et dicet. His plagatus sum in medio eorum qui diligebant me. Framea suscitare super pastorem meum, id est CHRISTVM, & super virum coherentem mihi, dicit dominus exercituum. Percute pastorem, & dispergentur oves gregis. Ducam eos per ignem, & vraveos sicut vratur argentum & probabo eos sicut probatur aurum.

EPITO. EX MALACH.

& ego exaudiam eos & dicam, populus meus es, et ipsi dicent, dominus deus meus. ¶ Cap. 14.

Strabunt pedes domini in die illa super montem oliuarū qui est contra Hierusalem. (Nota in isto capitulo multa pulcherrima & difficilia, etiam aliqua de Antichristo.) Veniet dominus deus meus, omnesque sancti et cum eo. Et erit in die illa non erit lux, sed frigus et gelu. Erit dies vna quæ nota est domino, non dies neque nox. &c. & in die illo exibunt aquæ viuæ de Hierusalem, &c. In die illa erit dominus rex super omnem terram. In die illa erit dominus vnus, & nomē eius vnū

¶ Malachias habet Capita .III. Et loquitur de abiectione populiludæorum, & sacrificiorum eius: & de aduentu Christi.

Caput primum.

Dilexi vos dicit dñs. Nonne frater erat Esau Iacob? Et dilexi Iacob, Esau autem odio habui. Filius honorat patrē, & seruus timet dñm suū. Si ergo pater ego sum, vbi est honor meus? Et si dñs ego sum vbi est timor meus dicit dominus.

Ad vos o sacerdotes q despicitis nomen domini. Et nunc deprecamini vultum domini, vt misereatur vestri, si quo modo suscipiat facies vestras.

¶ Nota de sacrificio nouæ legis. ¶ Non est mihi voluntas in vob dicit dñs exercituum, & munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis magnū est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offert nomini meo oblatio mūda, qā magnū est nomen meū in gentibus dicit dñs exercituū. Maledictus dolosus, qā rex magnus ego sum dicit dominus, & nomē meum horribile in gētibus. ¶ Cap. 2.

Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt de ore eius, quia angelus domini exercituum est.

D. DIONY. A. RICK. CAR.

Vos autem recessistis de via, & scādalizastis plurimos in lege. Propter quod dedi vos contemptibiles omnibus populis. Nunquid non pater vnus omnium nostrum, nunquid non deus vnus creauit nos? Quare ergo despicit vnusquisque vr̄m fratrem suū, violans pactum patrum nostrorum. Disperdat dominus virum qui fecit hoc. Custodite ergo spiritum vestrum, & nolite despiciere. Laborare fecistis dominum in sermonibus vestris in eo quod dicitis. Omnis qui facit malum bonus est in conspectu domini, & tales ei placent, aut certe, vbi est dies iudicij?

¶Cap. 3.

(Nota de præcurfore, aduentusque Christi.) Ecce ego mitto angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum suum dominator quem vos quæritis, & angelus testamenti quem vos vultis. Et quis poterit cogitare diem aduentus eius aut quæ stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis cōflans. Accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis & adulteris, & qui calumniantur & opprimunt nequitimuerunt me dicit dñs. Ego dominus & non mutator. Reuertimini ad me & reuertar ad vos dicit dominus exercituum. Si affiget homo deum quia vos configitis me dicit dominus. Inferte omnem decimam in horreum meum, & sit cibus in domo mea ait dominus. Inualuerunt super me verba vestra dicit dominus. Et dixistis. Vanus est qui seruit domino, & quod emolumētum quia custodimus præcepta eius, & quia ambulauimus tristes coram dño. ergo nunc beatos dicimus arrogantes, siquidem ædificati sunt, &c. Parcā timentibus me dicit dominus, sicut parcat vir filio suo seruenti sibi.

¶Cap. 4

Conuertimini & videbitis quid sit inter iustum & impiū, & inter seruiētem deo et nō seruientem ei. Ecce dies veniet succensā quasi caminus, et erunt omnes superbi et omnes facientes impietatem stipula, & inflammabit eos dies veniēs dicit dñs, quæ non derelinquet eis radicē. Quid vobis timētibus nomen meū sol iusticię et sanitas in

EPITO. EX MACHABI

pennis eius. Egrediemini & salietis quasi vitulus de armento, & calcabitis impios in die q̄ ego facio dicit dominus. (Nota de Helix aduentu ante finem mundi.) Ecce ego mittam vobis Heliam prophetam antequam veniat dies domini magnus & horribilis, et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres, ne forte veniam & percutiam terram anathemate.

Machabeorum liber I. habet capita XV. Et agitur in eo de praelijs inter Hebræorum duces & gentem Persarum: & de liberatione populi sub Mathathia, Iuda, Ionatha & Simone
Capite primo.



Ragnauit Alexāder annis duodecim et mortuus est. Exiit ex pueris eius radix peccati Antiochus illustris filius Antiochi regis q̄ fuerat Romę obses. Scđm gloriam eius multiplicata ē ignominia eius. Aedificauit Antioch⁹ rex abominādū idolum desolati onis super altare dei. Multi de populo Israel elegerunt magis mori, quam cibus coinquinari immūdis.

¶ Cap. 1.

Mathathias habebat filios quatuor, Ioānam, Simonē, Iudā Machabeū, Eleazarū, & Ionathā Dixit Mathathias. Heu mihi vt qd natus sum videre contritionē populi mei et ciuitatis sanctę? Ecce sancta nostra & pulchritudo nostra, & claritas nra desolata est. Quę erat libera facta ē ancilla. Propicius sit nobis deus, non est nob̄ vtile relin q̄re legem & iusticias dei. Omnis qui zelum habet legis exeat post me. Moriamur omnes in simplicitate nostra & testes sup nos erūt cælum terra (Nota qđ Iudęi male bāt occidi, q̄ in die sabbati inimicis pūgnādo resistere.) Nunc ergo filij emulatores estote legis, et date animas vestras p̄ testamento patrum, & mementote operę patrū q̄ fecerunt, & accipietis gloriam magnam, et nomē

d s

D. DIONY. A R I C K. C A R T.
eternū Abrahā noīe in tentatione inuentus est fidelis, &
reputatum est ei ad iusticiam. Ioseph in tempore an-
gustiaē suae custodiuit mandatum, & factus est domus
Aegypti. Daniel in sua simplicitate, liberat⁹ est de ore
leonum. Omnes qui sperant in domino non infirmā-
tur. A verbis peccatoris ne timueritis, quia gloria eius
stercus et vermis. Hodie extollitur & cras non inueni-
tur, quia conuersus est in terrā suam, & cogitatio eius
perijt. Ecce Simon frater vester, scio quod vir confi-
lij est, ipsum audire semper, & ipse erit vobis pater. Et
Iudas Maccabæus tortis viribus a iuuentute sua, sit vo-
bis princeps militiae. (Hæc omnia sunt verba Mara-
thiæ cum alijs quæ habentur in isto capitulo quæ sunt
valde notabilia, quære ergo. &c. Nota præconia Iu-
dæ Maccabæi

Cap. 3,

Surrexit Iudas Maccabæus pro patre. & adiuuabāt eū
omnes fratres eius, & qui se coniunxerant patri eius, &
præliabantur prælium Israel cum læticia. Et dilatauit
gloriam populo suo, & induit se lorica sicut gygas,
& accinxit se arma bellica sua in prælijs. Similis fact⁹
est leoni in operibus suis, & sicut catulus leonis rugiēs
in venatione, & persequit⁹ est iniquos, et q̄ turbabant
populum suum succendit flammis, & omnes oparij in
quitatis conturbati sunt, & in sæculum memoria eius
in benedictione. Et nominatus est vsque ad nouissimū
terræ, et cōgregauit pereuntes. Dixit Iudas. Non ē
differentia in conspectu dei cæli liberare in multis &
in paucis, quia non in multitudine exercitus victoria
belli, sed de cælo fortitudo est. Accingimini & estote
filij potentes (ait Iudas) & estote parati vt pugnetis,
quoniam melius est nos mori in bello, quam videre
mala gentis nostræ & sanctorum. Sicut autem fue-
rit voluntas in cælo sic fiat.

¶ Cap. 4.

Dixit Iudas. Impetum inimicorum ne formidatis.
Memētote q̄liter salui facti sunt patres nri. Et nunc
clamemus in cælū, & miserebitur nostri deus noster.

EPITQ. EX MACH. I:

Non concupiscatis spolia quia bellum contra nos est, sed state nunc contra inimicos, &c. Desce domine in imicos gladio diligentium te. Dixit Iudas & fratres eius. Ecce contriti sunt inimici nostri, ascendam⁹ nunc mundare sancta & renouare. Et ascenderunt in montē Syon, &c.

¶ Cap. 5.

¶ Conuenit Iudas & fratres eius & ecclesia magnaco gitare quid facerent fratribus suis qui in tribulatione erant, &c. Erat Iudas congregans extremos, & hortabatur populum per totam noctem.

¶ Cap. 6.

¶ Vocauit Antiochus rex omnes amicos suos & dixit Recessit somnus ab oculis meis, & concidi, & corde cor rui præ solitudine, & dixi in corde meo. In quantam tribulationem deueni, & in quos fluctus tristitiæ, quio cundus eram & dilectus in potestate mea. Elephantis ostenderunt sanguinem vix & mori ad acuendos eos in prælium. (Nota in hoc loco multa de robore elephā torum, & de audacia Eleazari filij Saura qui pro populo suo supposuit se elephanto, &c.)

¶ Cap. 7.

¶ Satis agebat ipius Alchimus, p principatu sacerdotij sui, &c.

¶ Cap. 8.

¶ Possederunt Romani omnem locum consilio suo & patientia. (Nota in isto capitulo multa de Romanis.)

¶ Cap. 9.

¶ Ait Iudas. Si appropinquauit tempus nrm, moriamur in virtute propter fratres nostros, & non inferamus crimen gloriæ nostræ. Et ingrauatum est præliū, & multi ceciderunt, & Iudas cecidit, & cæteri tugerūt. (Nota postq̄ inijt pactū cū Romanis occisus est Iudas) Cætera verba Iudæ, belloꝝ & virtutum quas fecit, nō sunt descripta. Multa enim erant valde, &c.

¶ Cap. 11.

¶ Occidebāt tria milia Iudæoꝝ, cētū milia in die illa & liberauerūt regē Demetriū.

¶ Cap. 12

¶ Habemus solatio sc̄tōs libros q̄ sunt in manib. nris

D. DIONY. A RICK. CART.

¶ Cap. 13.

¶ Nunc non mihi contingat parcere animæ meæ pro fratribus in omni tempore tribulationis. Occidit Triphon, Ionathan, & duos filios eius.

¶ Cap. 14.

¶ (Nota de Simone fratre Machabæi.) Confirmavit Simon omnes humiles populi sui, & legem exquisivit, & abstulit omne malum & iniquum. Sancta glorificavit, & multiplicavit vasa sanctorum. Et quæsiuit bona gentis suæ, & placuit eis potestas eius & gloria cunctis diebus.

¶ Cap. 11. & ult.

¶ Auxilium de cælo vobiscum fuit. Ptolomeus socer Simonis, occidit Simonem & duos filios eius.

Machabæorum liber. II. habet Cap. XV. Et recapitulantur in eo quedam in primo libro dicta: deinde agitur de tribulatione populi, de constantia septem fratrum & matris eorum, & de liberatione populi per Iudam Machabæum.

Caput .I.



Benefaciat vobis deus, & det vobis cor omnibus vt colatis eum, & faciatis eius voluntatem, corde magno & animo volenti. Adaperiat cor vestrum in lege sua & in præceptis suis & faciat pacem. Exaudiat orationes vestras & reconcilietur vobis nec vos deserat in tempore malo. Oravimus ad dominum, & exauditi sumus. (Nota in isto capitulo de igne abscondito in puteo tempore captivitatis Babilonica.) De magnis periculis a deo liberati, magnifice gratias agimus ipsi. Per omnia benedictus qui tradidit impios. (oratio Neemiæ.) Domine deus omnia

EPITO. EX MACH. II

creator terribilis & fortis, iustus & misericors qui solus es rex bonus, solus præstans, solus iustus omnipotens, & æternus, custodi partem tuam & sanctifica. Afflige opprimentes nos & contumeliam facientes in superbia, constitue populum tuum in loco sancto tuo.

¶ Cap. 3.

¶ Facies & color immutatus, declarauit animi internum dolorem. Ipse qui habet in cælis habitationem uisitor & adiutor est loci sui.

¶ Cap. 4.

¶ In leges diuinas impie agere, impune non cedit. (Nota in isto capitulo de laude Oniæ pontificis.)

¶ Cap. 5.

¶ Contigit per vniuersam Hierosolymorum ciuitatē uideri diebus quadraginta per aera equites discurrentes auratas stolas habentes, & hastas quasi cohortes armatas, & cursus equorum per ordinem digestos & congressiones fieri, & cætera. (Nota in textu istam uisionem.) Erant autem toto triduo in Hierusalem octoginta milia ab Antiocho interfecti, quadraginta milia uincti, non minus autem uenundati.

Verum non propter locum gentem, sed propter gentē locum dominus elegit. Qui derelictus est in ira dei omnipotentis, iterum in magna dei reconciliatione cū summa gloria exaltabitur. Existimauit se Antiochus rex præ superbia terram quidem ad nauigandum, pelagus uero ad iter agendum deducturum propter mentis elationem. Iudas autem Machabæus secessit in desertum locum, ibique inter feras vitam in montibus cū suis agebat, & fœnicibus uescentes demorabantur, ne participes essent coinquinationis.

¶ Cap. 6.

¶ (Nota in isto capitulo, quomodo deus electos in præsentem punit require in textu, & c.) Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim ultiones adhibere, magni beneficii est indicium. Eleazarus ætate prouectus, gloriosissimam mortē magis quam odibilem vitam complectens uoluntarie præ-

DIONYSI A RICK. CART.

bat ad supplicium. Destinavit enim non admittere illicita propter vitæ amorem. Cogitare cepit ætatis ac senectutis suæ dignam eminentiam, & ingenuam nobilitatis caniciem. Non enim ætati nostræ dignum est fingere, vt multi adolescentium decipiantur. Domine qui habes sanctam sciētiam, manifeste scis, quia duos corporis sustineo dolores. secundum animam vero propter timorem tuum, libēter hæc patior.

Cap. 7.

Parati sumus magis mori, quam patrias dei leges præuaricari. (Nota in isto capitulo de martyrio fratrum Machabæorum, & matris eorum, & verbis eorū, &c.) Rex mundi deus defunctos nos pro suis legibus, in æternæ vitæ resurrectione suscitabit. De cælo ista possideo, sed propter dei leges nunc hæc ipsa despicio. Potestatem inter homines habes, cum his corruptibilis facis quod vis, sed sustine & videbis, qualiter deus te torquet. Peto nare vs aspicias ad cælum & terram, & ad omnia quæ in eis sunt, & intelligas, quia ex nihilo fecit illa deus, ita fiet vt non timeas carnificem istum. Tu vero quæ inuentor omnis malitiæ effectus es, non effugies manum dei. Tu autem o scelestus & flagitiosissime, non frustra extolli. Nondum enim omnipotentis dei & omnia inspicientis iudicium effugisti, tu vero iudicio dei, iustas superbæ tuæ pœnas exolues.

Cap. 8.

Ira dei in misericordiam conuersa est. Nos autem in omnipotenti deo confidimus, qui potest nos & vniuersum mundum vno nutu delere.

Cap. 9.

Iustum est subditum esse deo, & mortalem non paria deo sentire. Orabatur scelestus Antiochus dñm, a quo non esset misericordiam consequuturus. Si bene valeatis maximas agimus gratias.

Cap. 10.

(Nota capitulo decimo de quatuor viris de cælo apparentibus & succurrentibus Iudæ Machabæo & suis, &c.) In hymnis & confessionibus benedicebant dominum, qui

PPITO: EX MACH. II.

magna fecit in Israel, & victoriam dedit illis.

Cap. 11.

(Nota in isto capitulo etiam de apparitione, etc.) Ibat prompti de caelo habentes adiutorem et miserant eos dominum. Si bene valetis, sic est vt volumus, sed et nos ipsi bene valemus.

Cap. 12.

Fortissimus Iudas collatione facta duodecim milia dragmas argenti misit Hierosolymam, etc. Sancta ergo et salubris cogitatio pro defunctis exorare, etc.

Cap. 14.

(Nota hic de Razia qui se virtuose occidit, etc.) Tu die vniuersitatis q nullam habes indigentiam voluisti templum habitationis tuae fieri in nobis. Et nunc sancte sanctorum omnium domine, conserva domum istam impollutam.

Cap. vlt. f. 15

Machabeus autem confidebat semper cum omni spe auxilium sibi a deo affuturum, et hortabatur suos ne formidarent, sed sperarent ab omnipotente sibi futuram victoriam, et alloquutus est eos de lege et prophetis. Iudas singulos armavit, non hasta et clypeo, sed sermonibus optimis et exhortationibus. (Nota hic de apparitione Oniae, et Hieremiae, prophetae facta Iudae) Onias sacerdos vir bonus et benignus, verecundus visu, modestus moribus, et eloquio decorus, a puero in virtutibus exercitatus fuit. Hic est fratrum amator qui multum orat, pro populo Hieremias, propheta dei. Et dedit Iudae Machabeo gladium aureum dicens. Accipe sanctum gladium munus a domino quod deus iudicis aduersarios Israel. Dominator caelorum mitte angelum tuum bonum ante nos, in timore et tremore magnitudinis brachii tui. Iudas autem et qui cum eo erant manu quidem pugnabant dominum autem cordibus exorabant. Sicut vinum semper bibere, aut semper aquam contrarium est, alternis autem vti delectabile, ita legentibus si semper exactus sit sermo non erit gratus. Iudas per omnia corpore et animo mori pro ciuibus paratus erat.